



H. Germ. IV  
- 11/15  
- 11/15 d

# PRIMITIAE SILESIACAE

*Sive*

FRANC. FABRI VULGO KOECKRITZ,  
SABOTHVS & SILESIA

Libellus diu pro inedito habitus, à multis desideratus,  
& sapissime descriptus.

Cui

præmittitur

JOH. FECHNERI PROGRAMMA

ejusdem argumenti.

*Ex Codice Manuscripto cum impresso Exem-  
plari diligenter collato excerptis*

&

Usui publico  
restituere.

Q. A. T. A. V. A.



LIPSIAE,

Apud Hæred. JOHANNIS GROSSII,



VIRO  
De universa Eruditorum Republica  
Optime merenti,  
DN. JOH. ALB. FABRICIO,  
Theol. D. & Prof. Celaberr.

\* \*

**I**gnota, Vir doctissime,  
Clarissime atque digne tot præconiis  
Quot terra plantas, quot fovet  
Aër volucres, unda pisces, quot poli  
Stellis refulgent vertices :  
*Ignota cernis, læta nec dum nomina,  
Quæ nulla virtus, scriptavo  
Polita doctis inferunt Diariis.  
Sola est voluntas, est mea  
Propensio in Te, sola qua Te suspicor  
Veneratio & cultus pius,  
Audere qui nos urget hanc audaciam  
Has offerendi chartulas,  
Silestorum gesta dantes inclitum  
Has ut benigne pro Tua  
Interpreteris, obsecro, modestia  
Submissione qua decet  
Tuos Clientes obsecrare; queis quoque  
Et me subinde jungito.  
Sic Tu valere perge! perge scribere!*

EX  
Hereditate  
Steinwehriana

devotissimus Client

Q. A. T. A. V. A.



**M**irabere, Lector, me hominem peregrinum & neque Patria neque statione Silesium ejus Gentis Scripta typis mandare; occasionem tamen rei prolixius exponere mihi molestum foret, tibi tædiosum. Expedit sane rarissimum hoc & multorum diu desiderii expetitum Opusculum Publico tandem restitui: fuerunt etiam aliquot ejus terræ Eruditi ac novissime Svidnicensis quidam, qui nobis recudendi præclari hujus *κειμηλίσ* spem plus una vice fecerunt; sed res intra conatus substitit. Isti certe, voluntate nescio an subsidiis destituti, ultra promissa, quibus divites erant, nihil hucusque protulerunt.

Nos igitur bona hic fide Tibi illud exhibemus, quale quidem in elegantissimo Codice manu magni quondam inter suos Jcti scripto, reperimus. Nihil à me additum, nihil demtum; nisi quod pauca, quæ viridi passim colore annotaverat Vir eruditus ad paginarum calces adjecta sint, cursivo, quem vocant typoshetæ, caractere à reliquis discernenda.



Plures animadversiones criticas cumulare ad Scriptorem, quem nec addiscendi nec excolendi styli ergo lectitabis, otiosum: Commentarium vero historicum jungere & Annales elysios scribere velle, idem videbatur. Neutrum instituti, nedum officii mei ratio permittit. Novi interim Virum Silesia oriundum, patriæ rei amantissimum & studiorum olim in celebri Germaniæ Gymnasio socium, qui ferias mihi faciens, largo quod prætermisi fœnore compensabit; brevi abhinc tempore Te quid infausta Fauni molimina monstri aluerint? quid tot alia ignota nomina in recessu habeant? justo opere docturus. Is scilicet non est - - - - - tantis conatibus impar. Tu his frui, donec alter meliora, propediemque ex eodem insigni Manuscripto Pancratii Vulturini Panegyricum Silesiæ, (Patavii olim recitatum,) Grisbecii & Mollerii Genealogias DD. Lignicensium & alia id genus rarissima monumenta Tibi promitte.

ab

EDITORE,



# SABOTHVS

Montium Silesiæ amœnissimus.

JOH. FECHNERI.\*

\* \* \*

**A**desse, miti qui favetis Gratia  
Ruris quieti, turbidas quibus licet  
Vitare turbas civitatis & fori  
Mentem expedire servidi negotiū:

Adesse, quaeso, ac libero mecum pede  
Pagi Silensis ite latum per solum,  
Quod sub comatis panditur Sudetibus.

En hic locuples explicat mater sinus  
Natura plenos, & bonorum prodiga  
Quorumlibet pecullii dotes sui  
Libare dat visentibus, qui lumina  
Partes in omnes curiosa missitant.

A 3

En

\* Est Programmata Joh. Fechn. Rectoris in Gymnasio Magdaleno quod Vratislavia est, quo Urbis proceres & cives ad Actum solemnem in dicto Gymnasio habendum invitabit An. 1668. die 5. Sept. Nos praemittendum elegantissimi Poëta Carmen censuimus, cum quod breve est & venustum, tum quod & hic quendam quasi Inbisationis & Introductionis locum suscinere possit, ad perlustrandos Fabri lusus proluxiores. Legitur quoque inferum, (ni totus fellor,) in ejusd. Fechneri Sylbis elysis i. e. Silesia Inferioris Montium, Agrorum, Nemorum, Fluviorum, Opulorum & aliorum Locorum delictis Bri. a 1675. 8vo.

En hic serenum frontis exeret decus  
Mollis venustas perpluitque Nectare  
Caeli salubri culta ruris aquora.  
Hinc cuncta ridens, & renident suaviter,  
Vireta, campi, septa, villa, compita.

Sed ante lassos qua pedes humi jacent  
Lustrare saltem, non sat est: Attollite  
Vultus in altum: Quod magis miremini,  
Amenitas hic subministrat dadala.

SABOTHVS ecce! culmen hic offert sacrum  
Terra Sabothus umbilicus Slesie.  
Clemens apricum surrigit clivus jugum,  
Sabique caeli templa vertex candidus.  
Hinc arva late prospicit pregnantia,  
Apeliota quæ virens pandis lasus.  
Ast pone terga respicit Sudetici  
Saltus, & horret solitudinem suum  
Jungi cactumen. Rure culto proferens  
Pater Sabothus arduum caput, coli  
Semper meretur accolis ab omnibus.

Nil hoc profecto monte nostra clarius  
Possedit unquam possidetque Slesia.  
Hic in verenda culminis crepidine  
Stetisse fertur Astiburgii vetus  
Castrum timendum perduellibus vagis,  
Cum Quadus acris Semmoni junctus eruci  
Has occuparet Teutona terra plagas.

Post hæc Polonis cum subesset Slesia,  
Fixis Penates hac in arce nobiles  
Petrus, Danorum gente profatus, Comes,  
Petrus sacrarum conditor tot adium.

O quanta tunc tibi, Sabothe, gloria,

QUAN-

Quantumque lumen additum! Summatibus  
Viris lares tu conferebas splendor:  
Turrita quondam tu corona Patriæ,  
Fidumque asylum, civibus defendere  
Graves amabas hostium minacias.

Sed hæc prius fuere, nunc Silentii  
Sortes subire cogitur mons pristinas.  
Senet perenni destinatus otio  
Siletque turbis martialibus vacans.  
Postquam latrones his remoti sedibus,  
Quas involant forte belli tempore.

Ubi tremendum nunc duellatoribus  
Castrum? Superba nunc ubi munimina,  
Substructionis ardua, quæ siderum  
Aedes inibant splendicantium? Jacent,  
Jacent sepulta sub ruinarum scrobe.

Verum ut corona demta fronti marcida  
Salvum relinquit crine cum salvo caput:  
Sic fors sinistra diruit burgum vetus,  
Ipsam Sabothum vesciit convellere.  
Stat integer, stabitque dum Silesia  
Stabit perennis usque gloria tenax.  
Effert ut olim, montium princeps, caput  
Semper colendum proximis Sudetibus.  
Hoc proprium sibi decus Silesia  
Surgens in Austros eminenter obtinet.  
Inhospitalem Caucasum Georgia  
Hæmque Thraces solitudinem feri  
Jactent: Sabothum cultiorem prædicat  
Silestis ora: Fæta nam novalia  
Inspector altius fronte miti prospicit.  
Circum benigna imperat Ceres agris:

A 4

FINI



Hinc arva flavis messibus passim sument,  
Cornuque plenum delicatis frugibus  
Promens Colonos ditat alma Copia.  
Serva tibi Potosium, Peruvia,  
Argenteas qui prabet offas jugiter.  
Servate montes aureos vobis graves  
Persa & nitentes margaritas Bengali,  
Miretur hac excors Mydas & Indica  
Mercis redemptor Pluris astimant opes  
Vescas Sabotho qui colunt rus adstitum.  
Hoc oppido suis bonorum Gargara  
Prestans alumnis, provocat Trinacriam  
Pelusique sumen agri nobilo.

O ter beatos Slestos, si noverint  
Frui paratis Patrie suae bonis  
Penuque largâ, quam Silentii jugo  
Subiecta plenae terra condit horreâ?  
Sic exterorum merx iisdem nauseam  
Gravem crearet. Nam quid hic desiderant  
Boni, quod usus, aut quod esus postulat?  
Panis, olus, pisces, pecus, feras, aves,  
Tellus abunde sufficit ditissima.

Latet inerrant collibus densi greges,  
Gula sagina quos opima destinat.  
Sylvas vagatur per comantes hinnulus  
Fugax, leposque prima cena gloria.  
Ast nec volucrum garruli tacent lares,  
Quando aut maritum iuriur è pinu gemit,  
Aut dulce cantas asma quercu in frondea,  
Ovans acanthis & canora Daulias.  
Qua cantat oscen muscus, reddit nemus  
Doctum referre concinentium sonos.

Quis

Quis jam scatebras & loquaces rivulos  
Satis celebret, quos aperte funditant  
Coste Sabothi, vel latus sudeticum  
Sudat? Perennes hinc agros aqua rigant,  
Et copiosos piscium greges alunt.  
Hos inde longa subtrahit seta rapax  
Gripus, culinam plurimo mactans lucro.  
Nec cessat auceps artifex fallacia,  
Struitque turdis nunc voracibus dolos.  
Plumbo palumbem nunc volante trajicit.  
Ubi coruscis se theatris explicant  
Saltus virentes, in plagas agit feras  
Venator acer, collocatque spiculis  
Apros acutis impigrasque capreas.

Hec mons aprico spectat è cacumine  
Epoeta felix, per locorum disista  
Spectandus ipse. Sive Suidnici mees  
Solum per amplum, sive Guttali vagum  
Lustris fluentum, qua Budorgin splendidam  
Bregamque lambit, sive proferas gradus  
Tractum in Ligenm, semper habebit comes  
Tibi Silestibus ad latus gratissimus.  
Ceu nocte cecâ ducit Arctos edita  
Nautas vagantes: Sic viatorum regit  
Iter diurnum mons amicus atheri  
Celfo: Unde certa concipit praesagia  
Hic sideralis conscius prognostici  
Apex. Colonis Slesiae non est opus  
Fastis: Sabothus aëris vagas vices  
Non falsus augur monstrat intuentibus,  
Frontem serenam si cacumen exierit,  
Purum absque face nunciat Calum fore.

A 5

Sed



*Sed si calyptera nigricanti fumidum  
Caput recingit, copiosis desuper  
Imbres minatur, exitus quod dat ratum.  
O clariora Pythiis oracula  
Tricis, ab holmo quas sacerdos protulit  
Apollinaris, vel parens legum Themis  
Rupe in bicolli juncta Musis edidit!*

*Hunc ergo montem Patria ter nobilem  
Pindo in scholari litteris grex deditus  
Cras annuente predicabit Numine.  
Hoc indicat Camæna charta interprete,  
Et debita summissione Vos rogat  
Magni Patroni litteraria rei,  
Et cultioris affecla Tritonia,  
Bonis favere qui soletis artibus,  
Ut cum lubentia scholasticos lares  
Adire, montis & Sabothi encomia  
Audire mente candida dignemini.*

*Summum precamur Numen, ut Vos gratia  
Dia coronet, ac Penates hospitet,  
Totamque cum Penatibus Rempublicam  
Server virentem jugiterque prosperam.*

P. P. a. d. 5. Septemb.  
A. C. 1668.

FRAN-

## FRANCISCI FABRI

Viri & Poëtæ optimi, Reip. VVratislaviens.  
quondam Scribæ

## SABOTHVS five SILESIA.

*Usum sum unica & rarissima Editione, quam sub Au-  
ctuarii titulo (una cum Porfit Itinere Byzantino &  
Ghytrai Dantiscannu,) Itineratio Orbis addidit Nic.  
Reumerus nostras, Basil. cl. 1. 1. XCII. per Conr.  
VValdkirch in 8vo impresso. Contuli postmodum  
cum duobus MStis. Codd. CLL. Amicorum M. atque  
H. & uno Bibl. publica VVratulav. Sed levis erat dif-  
ferentia, si errores amanuensum demiseris.*

## FRANCISCUS FABER

suo jucundissimo Martino Helvigio \*

Dispicuit dudum mea Slesia \*\* proinde velut  
merx

Putida vindicibus disperisset aquis  
Aut consumpta rogo, vel olentibus oblita scombribus  
Deseruit pluvieis esse molesta meis.  
Quod vero superest, meritis \*\*\* impordita fama  
Nec limam piguit sustinuisse novam.  
Helvigi id omne tuum est. Nam te suasore Sabothus  
Nescio † quid cepit charior esse mihi.  
Ergo eat & Fabri post funera, si qua futura est.  
Posteritas, nostri temporis acta legat,  
Aut si non leget, ut proprios habitura labores,  
Scripta sit hac saltem vana quereba mihi.

## FABRI EPITAPHIUM

Obiit A. †† 65. 19. Sept.

Hic situs est, veteres Lygios qui carmine primus  
Descripsit, Patriæ victus amore Faber.

SABO-

\* Senior hic Helvigius fuit R. Gymnasii Magdal. ap. VVratislaviens. Tabula Silesia geographica edita aliisque aliquot Libris poeticis clarus. Fabri amicissimus. Ejus familia hodiernum in posteris laudatiss. floret.

\*\* Sic: legunt plurimi impressi codicis abbreviatam descriptionem, mihi placet perinde.

\*\*\* Sic Edit. melius MStum: imperdita fatis.

† Qui, MStum.

†† Scil. Sec. XVI. VVratislavia munera Secretarii fun-  
ctus, agunt de ipso omnes qui aliquid de Script. Siles. li-  
teris consignarunt, imprimis meus Henelius in Silesia  
sua Togata, qui prolixa dabit.

## SABOTHVS

sive

## SILESIA.

Q Vis primum adveniens inarata hac arva co-  
lonus (urbes,  
Proscidit, atq; aliquas, pro tempore, condidit  
Quique amnes, qua fama loci, quam turpiter auro  
Vendita libertas, patriam quam turpius audax  
Quodlibet in facinus scelerati injuria Fauni  
Adflixit, mens est tenui deducere versu,  
Quò terra, qua nascentes suscipit, humique  
Reptantes aluit, si qua dignatus Apollo  
Aspiret capitis, meriti reddantur honores,  
Inter & Arctos memoretur Slesia gentes.

Tu vero, cujus pietas fortunaque multos  
Evexit Rhedigere, & in ardua culmina Cynthi  
Durum stravit iter, cujusque e fontibus uliro  
Diducti manant in publica commod. a rivi,  
Huc spectator ades, nutuque ostende favorem  
Successus aliquem, dum sic eluctor, \* ut inter  
Res ausim patrias odiosum inspergere verum  
Lenius \* ab plenis olim turgentia ventis  
Liberius ponto liceat dispendere vela.  
Tum reti insitens animosus ferrer abeno  
In mare piscator: Nereus qua sevis undis  
Aestuat, & summo latitantia monstra profundo,  
Quin ipsum surpes in gurgite Protheca Phocas

Pasce-

† NB. Hec & sequentia marginalia omnia in Editione  
habentur qua ideo retinui, etsi saepe numero non ma-  
gni ponderis, imo creberrimo plane falsa & ex amanu-  
ensum oscitantia profecta merent.

\* al. & inter †

\* al. è plenis.



*Pascentem eruerem, audacique in litoris oram  
 Protraherem Conto, aut decima conatibus omnem  
 Hauserit armaturam unda fragor, & super ipse  
 Cum cimba incumbens pelagi demergat hiatu,  
 Quam lassus capiam piscatu abstulere dulci.  
 Hac ego, verum aliis majora canenda relinquo;  
 Nempe senescentis ruiturque ultima mundi  
 Excidia, & Regum, & regnorum, orbisque tumultus  
 Intabescens. Tum qua tristissima princeps  
 Irrequietus agat mundi, nisi que supremo  
 Tergemino \* adjutus moveat scelerata Babale  
 Bella Giganteo longè crudelius ausu,  
 Bella quibus, si satum sinant adamantina, Christum  
 Deturbet celo, seque in solia alta reponat.  
 Sed cum nulla datur, nec Diis \* tentanda potestas  
 \* Conceptos ipsum in Dominum eructare furores,  
 Qua data porta furit, totasque effundit habenas  
 Irarum imbellem in turbam, frendensque cruentos  
 Nequicquam dentes mortali in pelle fatigat.  
 Nimirum graviore tuba, lituoque sonanda  
 Altius, Argous quam quos inflavit \* Agirtes,  
 Si qua depositum Theridis Lycomedis ab aula  
 Protrahat, in Troas iterum armaturus Achillem.  
 Hæc agendum majora canant, quibus Enthea vates  
 Phœbus honoratæ præcinxit tempora \* lauro.  
 Ecquis enim nisi †† Pierio nutritus in antro  
 Cantando Salmiacos æquare coturnos  
 Norit, & Andinos frenare in carmina cygnos  
 Ter felix Vates, felixque audacia possit  
 \* Ducere tantarum saltem præsemina rerum?*

al. dicere.

Hinc

† Pessime Agirtes pro Agirtes mihi videtur legi.

†† Pieridum Mithras mænon.

*Hinc mihi non auso venari immania Cete  
 Aegeo in vasto, patrius tentabitur ola  
 Tuius, & longo parvus piscabitur hamo  
 Alburnus Viadi in ripis, & fugerit esca  
 Prærofa haud magno, tamen o sic dura canendo  
 Tempora solari, cantuque avertere sensus  
 Tristibus ærumnis, per & intervalla recessu  
 Dulcia Musarum paulo requiescere juvit.  
 Interea forsân celo nimbofusus Orion  
 Turcaoque minax tempestas turbine mora  
 Transferit, surgensque aurora nitentior ortu  
 Ruperit obstantes nubes, lucemque reducet.*

*Ergo age chara parens, dulces sanctique penates,  
 Tuque Sabothe pater, tuque o spavissima rerum  
 Slesias, exiguum non aversata laborem,  
 Accipe lugubrem mediatum carmen ad Olam,  
 Si qua tui pars Sarmaticis \* ingrata tenebris,  
 Horridiorve relucanti miscere collo  
 Perneget, incedens sagulo despecta gregali. (tas,  
 Dii quantum est animi, quantum propensa volun-  
 Tam possem egregias versu depromere vires,  
 Nulla tui pars Smyrneo non firmate dives  
 Nulla Maronæo non feliciuscula cultu  
 Iret in expositum mundi spectanda theatrum.*

\* utrum ni-  
grata?

*SLESIA agnatum Nymphae invisum Sabothum  
 Merentem graviter, curisque ingentibus ægrum  
 Insolabiliter, magnum si forte dolorem  
 Alloquio dulci aut lenire, aut tollere possit,  
 Accit officiosa piis comitatibus amnes,  
 Amnes fecundo quos Slesia mater alumnos  
 Alma sinu fovit: quibus illa effusa vicissim  
 Nunc alitur, meritiue videt nutricia gratos.*

Adverbium Ho-  
ratiarum 1. Ep  
14. Fratrem  
inocentis ra-  
ptum de fratre  
dolentis insola-  
biliter.

Hj



Hi vero altitum properant, parentque vocati  
Imperii domina. Primus regnator aquarum  
Odera, Carpati quem vallibus edidit ingens

Odera.

Cetes Eleg. 6.

Amorum lib. I.

Sarinata de pri-

co Carpathum

nomen dicit. it.

Eleg. 4. &amp; alibi.

Eo quod Viadus

&amp; Odera idem

lucius credi-

tur.

Ola.

Nissus

Bilus

Stobra. Sigisda.

Brincius

Voficus

Blotnissus

Jalinea ad Bo-

rum Tefchi-

mensum.

Guttallus.

Jus mentio fit

veterib. quis

it. ignoratior.

Sisterus Ode-

an facit.

al. patrisque.

Hercinia, & centum corrivans amnibus amnes,  
Arctois primum jussit regnare salignis,

Cam Viado venit. Quamquam alta utrumque  
simultas

Ragranthemque ardens injuria nominis iram  
Præcepti coqueret, odiumque immane foveret

Fama recens temere † inculcata & credita vulgo.  
Gmtior hærebat juxta comes Ola Budorgis

Lustrator pulchra, quamvis uligine barbam  
Et ferrugineos traheret lulentius amictus.

Formosam Nissus linquens uxorius urbem  
Cum Bilo festivus adest, it fronde revinctus

Stobris caput querna, sequitur Sigisda Paguris  
Nobilis, intorquensque suas Maandrius undas

Malponda †† emerfas, resluas dum sepe revisit  
Gurgitibus ripas, cunctantior ibat, ac illum

Brincius, & Voficus prævertit, uterque ferendis  
Sublitiis ratibusque bonus, quos Bloenissus æque

Commodus assequitur, Bober hos comitatur euntes  
Inventa nuper celebris muriæque superbus

Haud dum matura, sed enim felicius astrum  
Emicet, adveniantque suis statæ tempora fati,

Vestigal patria uberius, nomenque daturus,  
Sarmaticas olim vincet bonitate salinas.

Guttallum frustra socii Nymphaque vocabant  
Inventum nusquam \* patrius in vallibus ille

Occuluit caput ignoto & sese abdidit antro.

Illius

† MSum, inculcata.

†† MS, emenfas.

Illius accursu Marus, & liquidissimus Oppa  
Explerunt numerum, venit & Daphneida Catthus

Marus.

Oppa.

Catthus.

Spestandus lauro, solers ad flumina cujus  
Educat argutus, hederaque inrestit olores

Musarum decus ille Valens Trosdorfius, ille  
Quem genitrix puerum Musis Phæboque dicavit,

Valentin Tros-  
zendorf.

Castalides fovere, sacer nutritiv Apollo,  
Nutritumque scholis Musa Phæbusque sacrarunt

Successu \* ingenti, cujus nunc plena virorum  
Atria doctorum studio templisque scholisque

\* al. ingenit.

Præclarum nomenque viri, famamque propagant  
Germine secundo, felixque repullulat arbor.

Magnus ut huic primas concedat jure Palemon,  
Assurgatque libens senior \* Crotoaldus alumno.

Palemon.

Valentinus

Craut-Waldus †

Fabri Præceptor.

Bober.

Zidrus.

\* al. aurifera,

Zacus.

Thermæ ad

Hirsbergam.

Hinc Bober alter adest vicino proximus Albi  
Fontibus exorto undenis, huic Cidrus arena

It comes \* arifera, Zacusque è monte Gigantum  
Prognatus venit, Zacus qui sulphura cana

Et medicas volvit Thermas, nivibusque subinde  
Temperat æstivis, calidasque refrigerat undas

Lomnicus ex illo per senta & confraga saxa  
Monte ruens, intemperiem tetrumque cucullum

Lomnicus.

Rupicina fugiens properantioribat, ut illum  
Eheu nec pietas monstro, nec fida levarit

Rupicinæ spe-  
rum infestans  
hæc montana, ††

B

Sedu-

† Communiter Krautwald, quo modo & ipse nomen  
suum quandoque subscripsit. Homo eruditus sed fan-  
daticus &c.†† Notus ille in vulgus Rübenzahl, de quo Prætorius fa-  
bulas congeffit mira industria. Cui bono? anilia  
sunt & plebecula rumores. Rübenzahl fuit rebera  
Prado insignis versutusque, proxime montanis adja-  
centes rusticos infestans & callide eludens eorundem  
insidias &c. de quo alibi.



*Sedulitas furis, fluxu quod & amne perenni  
Versat, agitque molus relevatque in tempore duro  
Farre famem molito, Procyon dum proxima siccet  
Flumina, congelat aut alios Borealibus auris  
Bruma rigens annes, & acuto marmore sislit*

*Quissus delitiae herois Gotzonis & ocl  
Conscius emeriti, mensisque assuetus opimis*

*\* Lxtior it, properansque hostili à gente Barissus  
Ausus limitibus vetitis excedere, venit*

*Sprotta brevis \* cursus, breviori flumine Cirnus  
Accurrit, sequiturque aliud sine nomine vulgus.*

*Vistricius vero longè tristissimus amnis  
Unus abest, marensque domi sua vulnera deslet,*

*Abreptum lugens ignoto funere vatem  
Danubii ad satices. Gemit hunc quoque conscius*

*Ister*

*Ut periit, simul & casum, & miserabile fatum  
Dissimulat, scelus & querulis immurmurat undis:*

*Præteraque duos præstanti corpore cives  
Urbi dilecta, ab nimium, prob o dolor, urbi*

*Ante diem ereptos luctu deplangit amaro.*

*Scili-*

*† Hodie Schaff - Gotsch. familia nobiliss. ex vetusta  
Gotschiorum Stirpe oriunda. Noster est VVolfgan-  
gi filius, cujus Natus Udahr. Schaff-Gotsch. Eques  
eruditiss. A. 1597. misere in Bobera periit. Vid. Tralles  
in Mausoleo & Henelius meus in Silesia togata.*

*†† Triste Viri optimi fatum merito lugeat noster Faber.  
Gerb. Faustus f. Georg. Faber ita de eo cecinit :*

*Antiqui, Vels, non inferiora sequutus*

*Morte Tua magnum dedecus Ister habet.*

*Hac sunt malarum mulierum premia! Melancholia,  
tadium Vitæ. Scil. mali corbi, mala oia.*

*†† MSeu Freundt.*

*Scilicet ablatum quis non depleat Amicum  
Nomine reque pium? Cedo non o triste gemensque  
Svidnicium sentis quantum sepelivimus urna  
Qua situs est rerumque decus columenque tuarum?  
Tuque emergentis patrie popularibus ausiris  
Asslata & pene eversa vere aurea Porta †  
Atque adeo portus, non te gratissimus amnis  
Vistricius gemat, & supremum impendat honorem?*

*At vos unanimes, dum fata diesque sinebant,  
Nunc quoque concordet, post ultima funem, manes  
Erepti mundi ærumnis, Turcaque furenti,  
Vivite felices, quorum Respublica cura  
Præsidioque stetit, ruit occasu. Huc age civis  
Spargere rosam ob meritum, & cineres venerare su-  
pultos,*

*Utque illos videat redivivos patria cives.  
Nobilium Proles virtutum imitare parentum!  
Hos vero atque alios nemorosa dia receptos  
Slesias Ilæa specubus subtristior altis  
Alloquitur, curas animo vultuque sequente.  
Dii facerent, pridem ut solitum est, ad leta vo-  
carim*

*Orgia, nec, fratres, subiti sim nuncia luctus.  
Certe ego, faber enim, patrio de more rogatos  
Tractare, & malle bene olenia ponere mensis  
Allia, grata quibus frixo succidia pisco  
Innatet, & medico pervellat jare palatum,  
Deinde agiles cantu liraque excire choraas.  
Nunc vero, quoniam constans morore Sabothum  
Affligi, & gravibus fama est tabescere curis,*

*B 2*

*Vos*

*† Scil. supra laudatus Pfortner, ad cujus Nomen est allu-  
so & Vir erat in Patria commoda natus.*



*Vos mecum volui tectum popularis amici  
Visere, quidque dolens curis solatia nulla  
Admittat, tanti & luctus inquirere causam.*

*Est mons protinatum cuneo quem Slesia longo  
Cingit, inherentes ipse arduus undique colles,  
Vulturio editior, famaue & culmine major,  
Prospectat superincumbens, genialis alumnus  
Huic Bacchi Silenum ajunt hac forte meantem,  
Sacra ferunt alii posuere Silentia nomen,  
Sceffu Monachorum olim fanoque dicatum  
Aerio in monte, & scopulus pendente sicello,  
Quos grave perpeffos culum nebulaque trucesque*

*Ventorum tempeffates, & noxius aer,  
Subjeffam in vallem, & vicinam eiecit ad urbem.  
Advena \* Salanis Judæa à luce Sabothum,  
Nostrates vocitant pro re tractuque \* sequacem  
Semirutam hic pridem spectandis turribus arcem  
Sustinuit, ducibus quondam regnata Polonis  
Atria, nunc cælo ventisque obnoxia moles*

*Omnis procubuit, vix ut vestigia cernas  
Antiqui decoris. Nam postquam Morio prolem  
Forte laceffitus Bulconum extinxerat acri  
Postremam jactu lateris (tum temporis atus  
Infaustum patrie ruitura credidit omen.)  
Hæredum sterili ut spes nulla resideret aula,  
Suidnicii extemplo Favorisque feracia rura,  
Quodque aliis tractu pertingit utroque Sabothus,  
Vulturiusque solum, quos & Quissusque Boberque  
Ambit agros, Carolo dotali jure Bobemo  
Obvenere, alii dudum Proceresque Ducesque*

*Scili-*

† Silesia Principes genus à Piasto Poloniæ Monarcha ducentes  
Johanni Bohemiæ Regi vendita libertate Bohemorum ju-  
gum induunt.

*Scilicet egregium genus & stirps clara Piasti  
Vendita mancipia, impliciti jam prorsus eadem  
Hærebant nassa, † atque aliena in jura volentes  
Transierant, nec quenuquam eheu in tam tetra ru-  
entes*

*Servitia aut pudor, aut ratio, aut memor ulla ne-  
potum*

*Cum absterruerat, cæci quin protinus omnes,  
Mutuo & ardentes odio, partimque dolofo  
Mercatu circumscripti, patriamque suosque  
Protinherent hos in scopulos, patet unde Deorum  
Vix ope magnorum, aut una virtute receptus.*

*Proh pudor ex illo quam barbara jussa superba  
Perferimus gentis? quam inflato exercitu fastu  
Slesia, recordi vix tandem excita veterno,  
Unde, & quo ruerit videt, & quam turpiter aure  
Fanesco libertatem proavitaque jura  
Vendiderit, sero dolet, æternumque dolebit.*

*Plausibili hinc eheu quam pene Lycotrage causa  
Facunde exideras, patrie dum jura tueris  
Suprema, at contra crudelius bosse Sorabus  
Reddita mersaret miseri fluitantia ponto  
Fragmina nausægii, libertatisque, sed o quas  
Reliquias, odio & summa conatus opum vi  
Opprimere atque iterum feruili includere nexu  
Tentaret, sed satis Deum atque aversa repressit*

B 3

Cona-

† Durum hic, pro illorum Temporum licentia Noster lo-  
quitur.

que Patriæ attingentibus articulis convellere. Egit Bohemorum superban  
contentionem D. Philippus Gundelius Oratione a multis annis præmeditata  
Silesiorum partes tutatus est D. Wolfgangus Bock, Eques, Ducis Lignicensis  
Cancellarius, præter omnem expectationem ex tempore graviter & feliciter  
subministrantibus actioni & defensionis VVratislavienlibus argumenta &  
privilegia.

Bohemorum  
Procerum inte-  
leranda super-  
bia & fastus ergo  
Sileciam.

Wolff. Bock  
Alberti F.  
A. 1546. præsen-  
te Ferdinando  
Rege, Oratore.  
omnium Ordini-  
um Bohemice  
conati sunt Sile-  
siam privilegium  
à Vladislao Re-  
ge an. 1498 im-  
petratum, in  
præcipuis sum-  
ma jurisdictione  
libertatem



Conatum cura, ancipitisque infania belli.

Tunc igitur bone, magnorumque o sanguis avorum

Sarmaticique haeres sceptri generosa Piaſti  
Progenies, iſſo agreſſi calcabere faſta,  
Degeneresque impune aquilis illuſtribus, Oti  
Perpetuo illudam? Tuque o clariffima Regum  
Heroumque parens domus, Auſtria talia cernis  
Et pateris? fors olim aderit volventibus annis  
Expeſtata dies, rectique occaſio faſti,  
Qua duce virtute, arridentibus & patriis Diis  
Saxa per & ſcopulos triſte hoc enathimus aquor  
Aut placido in ſomno dolor hic, votumque quieſcet.

Turpibus obſtaturus erat mercatibus unus

Premiſlaus animum referens nomenque Promethei  
Nimirum, cui mens animi praſiga caneſcit  
Fatidico ſervile jugum, ſubeundaque gentis  
Barbara juffa, ignominias faſtumque ſuperbe.  
Quem ſi tum ſenior juvenem, ſi denique multi  
Auſſent unum recte praeviſa monentem  
Servitio haud dubie patriam, nexuque pudendo  
Aſſerturus erat, ſed poſtquam anteire ſurorem  
Vaticinans nequirit generoſa voce, quod unum  
Reſtabat, deſectum animum, malofinaque fratris  
Conſilia increpitans, dulci ſe malle penates  
Exilio mutare, inquit, quam Regibus ortos  
Venales domina ſerviliter are ſub baſſa

Mancipioque dedi. Regi quaſpropter emaci  
Commodus occubuit, fraude interceptus & atro  
Magnanimi juvenis mors eſt properata veneno.  
Ille autem ante diem, teſtes pia numina, ſato  
Occidit infando, liber tamen ardua magni

Pecto-

Pectora propoſiti retinens, poſtremus avitam  
Ad patrias libertatem non venditus umbras  
Rettulit, inviſam gentem dominosque perofus.

Macte animi Princeps magni, indubitataque  
Regum

Progenies, quem ſi quicquam mea carmina poſſent  
Solis utrumque latus pluvius ſciat Auſter & Arctos.

Exin † diſiectis, quondam domus inclytæ, Fürſtenberg.  
muris

Priſtorum ducum ſedes, iſſoque ſuperba  
Nomine, dirarum eſt ſtabulum ſerale volucrum,  
Nimborumque domus, ſtatioque furentibus auſtris.  
Vicina hinc gentes oracula certa futura  
Tempeſtatis habent, †† ſolito ſi triſtior ardens  
Obrubuit fumis caput, & nigrantibus atras  
Pinubus induxit nebulas, ruere omne videbis  
In pluvias cælum & ſubitis ſurere omnia nimbis,  
Diſſugere agricolas, pecudesque abducere pratis  
Paſtorem, aut paulæ ſtabulare ſub arboris umbra,  
Nec temere ambiguo ſubductas reddere cælo,  
††† Rareſcens niſi deponat vittamque nigrasque  
Placatus nubes, ſumosque irasque remittat.  
ſevior at quanquam effuſis ſæpe imbribus. arva,  
Subiectosque obliet agros, multaque colonos

B 4

Allu-

† Deſectis *MS*ta bina.

†† Die auf daherum liegenden Dörffern wohnenden Bauersleute wiſſen es gar zu wol I wenn der Zoten = Berg früh morgens bräuet, oder wie einige ſagen, wenn er Pilze Fochet, ſo iſt der Regen dieſen Tag gewiß genug; ob der Himmel auch noch ſo heſſe wäre.

††† So lange der Zoten = Berg den Hut auf hat, wird es nicht heimlich, inquam accola.

Ode  
Celt  
Am  
ian  
co  
non  
leg  
Co  
& C  
luc  
ur.

C

N

B

itob

trin

/of

lot

lali

urn

ent

G

us

ve

it. ij

ſin

am

ali

chau.

Cosmas Pra-  
genſ. lib. 1.  
Nomen Primizl.  
B ſignificat præ-  
meditans vel ſu-  
per excogitans.  
pag. 4. 6. Pre-  
miſlaus Dux  
Glogoviz ma-  
joris, juvenis  
heroico & inter-  
rito animo nec  
prece nec precio  
adduci potuit, ut  
Ducatus ſui par-  
tem Johanni Ca-  
culo Bohemiz  
Regi venderet,  
veneno ſublatus  
eſt. Joh. Dux  
frater Premiſlai  
G mediam Glogo-  
viam vendidit  
ve Johanni, qui  
it. ij cum exercitu  
ſin mox alteram  
am quoque partem  
ali occupavit. Me-  
chau.



*Alluvie infestet, data damna rependit barena  
Divite, si norint interlita stuctibus auri  
Segmina barenoſis decuſſa crepidine ab alta  
Excipere, & purgata aptis evolvere colis.  
Quæ quidam ignoti ſub vero feruntur adulco  
Errones ſurtim legere atque efferre quotannis;  
Noſtrorum interea reditu valde admirantes  
Deſidiam, & patrii ignavos ſervire metalli,  
Et longum memorare quibus vetus accola ſpectris  
Suspendens ventum vacuas ſermonibus aures  
Narrando hybernas ſœvit traducere noctes,  
Scilicet ut cuidam rapturo ex Illice ſexus  
Implumes volucrum, matrem hunc noviffe avi-  
amque,*

*Seque ſenem vidiffe olim, dum montis inernis  
Avia, ſcrutati foribus bipotentibus antrum,  
Antrum ingens, ſubluſtre, & opaco triſte reſceſſu  
Obtulerit ſeſe primos reſceſſu inaudax  
Cunctando circumſpectans formidine greſſus.  
Tunc facilem acceſſum ut vidit, nulloque teneri  
Qui vetet, irrupit, totaſque intrare latebras  
Auſus, in expoſitos auri ſuſeſactus acervos  
Incidit incuſtoditi, quo protinus omnes  
†† Inſerſit raptim loculos, raptoque potitus  
Digreditur, letuſque omnes fructuſque ruboſque  
Proximaque incifo nequitquam robera libro  
Signavit, certis etenim veſtigia nuper*

*Obſer-*

† *Scil. Vallones illos die ſogeananden Wälschen und  
Wallonen, intelligit ſub Erronum nomine Autor.  
Subdolos illos Theſaurorum noſtrorum ſuffuratoreſ,  
ſi fabula vera.*

†† *Inſarcit quidam legunt.*

*Obſervata notis iterumque iterumque † retentans  
Invento nuſquam rediit fruſtratus ab antro.*

*Ergo ubi Principibus domus hæc viduata Poloniſ  
In vaſtaſque abitis penitus deſerta ruinas,  
Arripit in medio poſitam & prædonibus aptam  
Durius ſpeculam, ſimilis quem turba nepotum  
Conſectata latrociniiſ, & cadibus omnem  
Inſeſtans onam, miſeras exercuit urbes,  
Cautus ut hæc properans nota regione viator  
Maluit ambages, quam per compendia montis  
Accelerare viam, qui ſic digreſſus abibat  
Incolumis Scironia creditus antra, ſpecusque  
Inſeſtos, caſusque Amyci eſſugiffe cruentos.*

\* *Cumque laborantes graviter tot peſtibus urbes \* al. quinque. †*

*Aſſereret nemo, progreſſus nullaque ſepto  
Tuta nec oppoſitas occulta ſemita valliſ,  
Aut quaſita altis divortia fallere ſylviſ  
Prædonum inſidias poſſent, potuiſſe latronum  
Mercatorem ullum intentas indagare naves  
Scilicet eſſugere, & tute transmittere merces?  
Num vero illuvies ſurumque è plebe manipli  
Tot paſſim immunes potuere avertere prædam  
Cadibus & toti regioni illudere impto?*

\* *Altius & longe majoribus excita Cauriſ  
Tempeſtas eadem in depreſſoſ undique ciſes  
Sæviit, & ſicca tellure vomitibus hauſit  
Naufragiis, caſos fortunaque exiit omni.  
Ipiſi etenim nimirum ipſi, quos nuper agreſſi  
Nobilitas ſuſcit inſtavit, vanique ſub umbra*

*B 5*

*No-*

† *Retentans Mſta, & bene, ſenſus enim ſic planus.*

† *Vitioſe ſatis, forte quumque.*

†† *Sic tria Mſta mea; & non immerito.*

*Dietrich à Du-  
ring nobiliſ  
prædo.  
Civitates Sileſiæ  
à prædonibus ex  
ipſa equitum  
nobiliſ collu-  
vie miſerabili-  
ter afflicta.*

\* *al. ah longe ac  
major. ††*

*Eyſtelmann.*



Nominis, ausuri quodvis scelus, omniaque ausis  
 Delitia, crabronum instar perrumpere casses  
 Sacrarum legum, factoque obtendere fumos,  
 Tum quibus ignava oia & allia, & alca pernox  
 Semente haud facta, sine rasro & vomeris usu  
 † Aurea proveniens alieno messis in agro,  
 Velligal censusque fuit, rerumque facultas  
 Summa parandarum, hās ipsi movere procellas,  
 Vexaruntque omnem furis & cadibus oram.

Hacque adeo stabies vernacula semina sparsit,  
 Circumquaque vagans ingentibus incrementis  
 Ordinis egregii titulos, & nomen equestre  
 Emeruit, progressa alte, & radicibus hæsit,  
 Vix ut carnificum nuper gladiisque rotisque

Quireret evelli: nec enim manifestis aratro  
 Ista filix alio. Atqui nec sic \* dira ferarum  
 Resineta est rabies volucrum, in spelea, domosque  
 Harpyarum itum est flammis & vindice ferro;  
 Eruimus tristes latebras, cæcæque receptus,

Excussitque suo nidos è monte Sabothus  
 Obscenarum avium & vacuam popularibus arcem  
 Ostentans, longa cives formidine solvit,  
 Quodque omnis posthac pacatior ora \* quiescit

Tutus & in quavis mercator valle diurnum  
 Carpsit iter, tibi præstantissime Jagellonum  
 Jure tuo, meritisque tuis Sismunde fatemur  
 Deberi, remagna sequi non Hercules acta  
 Invisito puduit nostris grassantia terris  
 Monstra domare animo, fontum nec sanguinis ortus  
 Aut equitum splendor movit, nec honestior ensis  
 Divisit partem, sed equivo pendit eadem

Canna-

\* Non hæc finitimis hospitibusque malum!

Cannabe cum domino, cupidam & crocitantibus bilitatis, insigni  
 effcam severitate obru-  
 cuit.

Effraeteque olim afflicti solatia cista  
 Præbuit. Hic primum nostri videre tremantes  
 Et † quavis magnos, furca pallefcere fures.

Slesias bis lætata bonis securior ibat  
 Annibus invisura suis comitata Sabothum.  
 It studio fistula cohors, & euntibus illis  
 Assurgunt colles patrii, & nemus omne renidet.

Præcius at postquam senior cognovit cuntes  
 Seque peti certus, totum mærore sitaque  
 Squallentem exhilarare domum jubet, & simul ipse  
 Lugubrem ponit tunicam, & pro tempore vulcus  
 Componens latos, ultro venientibus ibat  
 Obvius, & paucis: Ut te clarissima Nymphe  
 Accipio, videoque lubens, comitumque tuorum est.  
 Ex equo adventus gratissimus, haud mihi quis-  
 Gmtior, ut sunt res, nostras inviserit aedes. (quam  
 Dixerat, & nutu dextraque invitat amica  
 Succedant teclis, mensaque fruantur inempta.

Tum siquid fuerit, neque enim venisse putavim  
 Nequiquam, saturi tractabimus. Inde recepta  
 Slesias accubito, tum quisque ut dignior annis  
 Ordine confedit, senior nec multa moratus  
 Composuit juxta sese strepit omnis in antro  
 Verna cohors, dominique volens prævertere certat  
 Jussa ministerii, obreunt partita viritum  
 Munia, dispositis alii siphonibus undam  
 Irrorant manibus, protensaque lintea præbent  
 Tersuris, nitida infernunt pars sindone mensam,  
 Expediunt alii fumantia facta canistris

Pro

\* Forte quamvis, scil. alias dat veniam corbis etc.



Pro numero partiti epulas, frugique culinam  
 Lancibus equantes, praevidite cetera vulen  
 Pollicitis oncrant, iussi hinc Neomerga propinant,  
 Quaeque solent stomachum pervellere Gubia lassum  
 Cum Crostis promunt, relinuntque annosa picatis  
 Hordea, triticeumque cadis, quos dura liquores  
 Frumento artificio, lupulisque immiscet amaris  
 Slesia, & affoveris dulci pro nectare vendit.  
 Haec alternantes praebent, reditumque in orbem  
 Pocula permutant, hortatuque insuper instant,  
 In cubitum si qua sese conviva reclinant  
 Epotum calida male tractet Cantharon ansa,  
 Cessandoque loquax alios sermone moretur.  
 Jamque ubi sunt dapibus saturi, potuque recepti  
 Largius, & posite per amica obliviae cura,  
 Incaluerit inter sese, graviusque moveri  
 Atria colloquiis, tum quisque ut promptius ore  
 Permutat nullo varias interprete linguas  
 Clarius insonuit domus alta, atque altius, ut sit  
 Clamor inundasset, poscente silentia dextra,  
 Ni strepitum interrumpisset sic voce Sabothus.

Non equidem, quod forte soror charissima reris  
 Ignarum fugit, † quid sedula veneris hospes,  
 Quidve pares, neque sollicitam te fama sefellit,  
 Ex animo prorsum ingentes nos ducere curas.  
 Equus enim tam durus homo, tam ferreus, & irux,  
 Quem non hac nostri facies tristissima seclis,  
 Atque independentium certa expectatio rerum  
 Permoveat, taceo prudens communia mundi  
 Fata ruinosi, quibus hac aetate suprema  
 Ultima fatales jamjam sua fila sorores

Exe-

† Misa. ecquid.

Exegere colo, reliquum sub tegmine flamen  
 Deteriore \* neunt, sensu propiore malorum  
 Tangimur instantum, quin \* vos mecum ite per \* al. res  
 omnes

Vel prope, vel longe positos pelagoque soloquo  
 Terrarum tractus, flagrantibus omnia tadis  
 Collucet, nostras eademque inimica propinquans  
 Vastatura lares incendia, en undique fumi  
 Praemisere atros cineres, jam proximus omnis  
 Afflatur paries, mediis vel in ignibus ardet.  
 Jamque adeo sic † in senso instigante Dracone,  
 In nos crudelis, Tarcaque immanior hostis  
 Armatur, Moschus cunctantii signa Polono  
 Lituanisque infert, male grata utrosque coegit  
 In pacta, equali disjunctos federe diris  
 Implevit furis, odiumque in sevit acerbum,  
 Plerique insano ut malint parere Tyranno,  
 Quam commune jugum & socios perferre superbos.

\* Adversos ergo, & dubitantes hostis an hospes  
 Adveniat, quisquam juncturus arma fidemque  
 Crediderit contra hunc hostem & subsistere posse.

Quid si, quod vereor, quicquam, \* & quod maximo  
 Juppiter avertat, bellos, domos, sinistri (omen  
 Contigerit? que nos agendum fortuna sequetur?

Balthasne iterum conflagratura videbit  
 Slesia discursu vastantes omnia turmas?  
 Peonum heu simili tellus aversa furore  
 A placidis Christi caulis \* Mahometen adorat,  
 Nec dum contemptus Regum, & penetralibus aula  
 Ostia,

† Mutata hic & omissa aliqua sunt deliberato consilio,  
 quae durius in R. E. Praesulem prostraverat senex mo-  
 rosus, Sabothus inquam.

Moschus in Po-  
 lonos & deinde  
 in Germaniam  
 concitatur.

\* al. aversus.

\* al. ut quod

Tartarorum in  
 Sileciam irru-  
 ptio Barto Re-  
 gulo duce Anno  
 1241.

Pannonia  
 \* Mahometus  
 adoratur.



Ostia, & emoto perfractos cardine posses,  
 Direptasque dapes satis ab miseranda piavit,  
 Sapius ah quam nos frustra discordibus armis  
 Amissum repeti, nostrosque subinde videmus  
 Adverso fuisse vado, atq; infamibus eheu  
 Degeneres Lunis Aquilas & acinace longas  
 Succubuisse brevi frameas, quos sepius Isler  
 Turbidus ingemuit numero nec viribus equos  
 In certam missos cladem, prudentior hostis  
 Obstupuit, victorque ultro in sua fata ruentes  
 Venales veluti Sardos capta agmina risit,  
 Contempsitque exarmata ludibria gentis,  
 Atq; usque ad satiem ludens in †† frustra cecidit.  
 Sed quid ego queror ista? domi ceu nostra genantur  
 Rectius, & non in nosmet sceleratius hoste  
 Stringamus ferrum, civilia bella ferentes  
 E bellis civilibus, ut spes nulla relicta  
 Soletur cineres, atq; ultima desperata (gum  
 Excidia Europa. Quid? magnorum Austria Re-  
 Heroumque parens, tristi jam proxima flamma  
 (Proxima quid dico? non ipsa in cade natantem  
 Vidimus, & vix ereptam obsidione Viennam?)  
 Cum Morvis miserum, ah miserum suspirat, opemque  
 Nequicquam externam circumspicit, & prope nul-  
 Instantem fulgere videt se posse ruinam (lis  
 Consiliis, ecquid speret? cum prob pudor, ipsa  
 Hungaria, illa ipsaheu, quam felicissima nunquam  
 Italia equavit, quæ tot fovitque, aluitque  
 Vicinos locuplete sinu, non invida, gentes  
 Quæ nisi per jugulum, totoque exhausta cruore

Præ-

† Supple: Cicero Epist. famil. Libro 7. &amp;c.

†† MSs bina: frusta.

Præbuit exangvis nostra hæc in viscera Turca  
 Irrumpenti aditus, una exardentibus ipsis  
 Digna rapi flammis, sic o sic vilis & expes †  
 In prædam circumciso infamique latroni  
 Deferitur. Flagrat fato Germania discors  
 Interitura suo. Contage laborat eadem  
 Commissa, atque in se distracta Bohemia, nulli  
 Jam \* sane prorsus miserabilis. Ut pote quæ tam  
 Ulro accersita stulta & \* cerita se:uri  
 Præbueris guttur, secumque in tristia damna  
 Traxerit insontes, & labe infecerit atra.  
 Nos quoque, Sileni & comitum †† fecunda propago  
 Sponte insanimus, propriisque furoribus acti,  
 Durius in patriam, quam si fera vipera morsu  
 Enecet crosa matrem crudeliter alvo, (ges  
 Grassamur. viden ut ††† teneri quos fovimus an-  
 Proiectique timore Drumque, hominumque, \* pudore, al. timore  
 In commune malum, atq; in publica damna locarint  
 Venales operam? quasque ipsi avertere prædas  
 Aut piget, aut nequeunt, digito nutuque procaci  
 Exponunt aliis, sacro non aurea templo  
 In tuto veterum timidus simulachrum Deorum  
 Sēposuit Mysles, non abdita scrimia amici  
 Proditione latent: nec scubi prima sefellit  
 \* Venantium indago, & totas terebrare latebras, \* al. Venarum  
 Dummodo odorata rata sint sua præmia naris,  
 Et partem in præda corvi admittantur biantes.  
 His ergo Harpyis impune voracibus omnes  
 Diripimur? quid sic communibus unus & alter

Dite-

† Ex spes Mss.

†† Add. MSsum in margine: Horatius: fecunda de gente Meneni.

††† Mss tria: temere

Germaniæ di-  
scordia.Bohemia inter  
se commissa sibi  
ipsi causa malo-  
rum.\* al. sano.  
\* id est, furore  
percita.Silenia à suis a-  
lumnis vexata  
& prodita.



Ditescit spoliis? raptosq; superbit in auro  
 Omnium? & exuvias ceu pulchra monilia collo  
 Diducta ostentat tunica? insultatque minaci  
 Exuit vultu? Quid plebem ignobile vulgus  
 Terreri dicam, & vano trepidare tumultu  
 Nomenclatoris? capita & fastigia rerum  
 Ignava? passim mussant formidine, † 2 passim  
 Vendita compositis objecta cautius ossa  
 Adnumerant votis suffragia, raraque iustum  
 Afflicte officium patriæ vox libera prastat.  
 Et si qua sudans fidam Respublica poscat  
 In dubiis operam? possent qui tempore duro  
 Consulere utiliter, rebusque accurrere lapsis,  
 E grege divulsi, miseraque a plebe, trahuntur  
 Consulto in partem, & secessu cætera nudant  
 Presidiis, nil solliciti quo fasce laborent  
 Succumbantque alii. Quid tum? modo seq; suosq;  
 Naufragio exemptos communi in tuta reponant.  
 Dicisumq; aliquid referant. Sed quo feror? atqui  
 In triviis passim nostri sic rure loquuntur,  
 Et tot pervolitare ajunt amnesq; lacusque  
 Vulturios, quot agunt graciles in gurgite rana.

Talia, quis dubitat, fors & pejora merentur  
 Talia, quis dubitat, fors & pejora merentur  
 Segregat in penas Regum indignatio. Sed quid  
 Nascitur in lucem primo capitis minor insans  
 Vagitu ut cupiat quam primum abrumpere vitam  
 Ocyus indignam, quam si perjuria, virtus,  
 Et scelus & probitas spaciis ardentur iisdem,  
 Ex æquoq; omnes sic calculus unus eodem  
 Miscuerit numero, nec fontem deterior fors

Exi-

Eximat innocuos probro, noxaque pudenda,  
 Perpetuoque omnis provinciæ tracta rubore  
 Velligalis emat, Cereisq; obnoxia vendat  
 Munera, nec finem infausti visura pudoris  
 Discolores unquam pudefacta attollere vultus  
 Ausit, & ad feros tradux infamia natos  
 \* Propagat culpam. Nec clementissime Regum  
 Te nostri Austriades miseretque pudeatque? quid  
 ô Sol

Quidve tuum Phæbe, & lumen spirabile cæli  
 Aeternam in penam aspicimus? semperne recedens  
 Irato quales dimiserit ore reviset

Sol oriens? agedum ætutum quin omnis eamus  
 Execrata domus juxta frugiq; malique  
 Precipitis tristem ante diem, quocunque probrosos

\* Projecturi animas, nostri qua nulla recurrit

Nominis, aut extant gentis vestigia sæda,  
 Quam te sancta fides violat mea Slesia, quam sis  
 In Reges perjura suos, divinaq; solvat

Jura, aut legitimi imperii decreta habenas.  
 Aequius ab saltem fuerit iustissime Regum  
 Austriades, si quenguam amentem aut noxius error  
 Aut mala mens sceleri implicuit, iustoque peregit  
 Iudicio, si causa reum patrata salubri

\* Expiat exemplo, non excusabilis autor

\* Privatumque luat, quam sic discrimine nullo

Insontes aliena ferant commissa, notamq;  
 Justius inventa potuit, sine crimine, sifcus  
 Exhaustus fortasse aliaratione juri:

Cuncta equidem ferri hac possent, quia ferre ne-

cessum est

C

Li



Et decet in rebus, sic Dii statuis, acerbis  
Subiectam, (quid enim faciat?) patientia turbam  
Aut meritis potius causam praecidere poena.

At certe indignum est Proceres nugacibus aula  
Artibus illudi temere, dum quilibet audeat  
Quolibet invento ingentes promittere montes  
Redditum & dubii male fortunata \* reperti  
Causari eventa, adversoque adscribere caelo  
Improbis ille novam mendicatio are monetam  
Mutato cudit precio, veterumque † recudit,  
Quocunque id fiat Regum damnoque lucroque,  
Aut vulgo quid inops †† plebes populusque quera-  
tur

Sollicitus minime: fossis recidentibus alter  
In nostras derivat aquas vesanior Albim.  
Tu quoque quid rides? chartaceus Odera pictas  
Ferre rates, procul & pictas adducere merces  
Defluus inque vicem corna atque \* abducere coepe  
Cogeris, & ††† falsos in flumine cernere pisces.  
Ite, & nunc causam curarum inquirite, quidve  
Nulla †††† dolens nostri admittant solatia luctus.  
Certe ego dum gentis recolo primordia nostra,  
Fortunam, geniumque loci, veteresque labores,  
Dum pridem, quanquam ipse miser, tristissima  
vidi

Spargentem nostris incendia Tartaron agris,  
Ulique

† Veteremque Misa omnia.

†† Msum. Plebs, quid.

††† Misa. falsus, quod praestat.

†††† Misa. bina, dolens noster toleret, tertium idem-  
que optimum: nostri admittam solatia &c.

Tartarorum  
apud Rarisbo-  
nam per Oderam  
irruptio in Sile-  
ciam.

Ulique per obstantes abjectis pontibus amnes  
Nequicquam infrendens vada quaritas apta, vi-  
detque

Interea trabibus diverso in lictore cadi  
Traductus, subito, impatiensque mora, agmina tota  
In medios egit fluctus, clademque natatu  
Acceptam ulturus, vasta omnia vasta relinquit,  
Mens horret meminisse. Etenim atrocissima re-  
rum

Si quisquam generosi animi, cuique una cruoris  
Palpitat ingenui disjecti gutta superstes  
Corpore, praesentis prudens infamia seclis  
Dedecora aspiciat, Fauni prociacibus omnem  
Ludibris patriam expositam, uniusque superbo  
Versari nutu, decies non malit in armis  
Turcae cecidisse manu, fortemque cadenti  
Impendisse animam patriam, quam tetra videre  
Flagitia, & scelerati ferre opprobria Fauni.

Sed quando vacat, & saturis audire molestum  
Non puto quae fuerit patria nascentis origo,  
Quique rudis primi has terras, incultaque resqua  
Excoluere, putresque ausi prostindere lamas

Incipiam, fors hac aliquem meminisse iuvabit.  
Jam post confusas lingvas ingentibus ausis  
Liquerat eductam caelo Babylonia molem  
Turba, duces sortita suos, jam sparsa per orbem  
Terrarum vacuas turmatim invaserat oras,  
Primus in Aetoi loca vasta Tuisco pruinis

G 2

Occu-

† Nomen astro semper carbone a fabro notatum: plu-  
ra de eo sequuntur infra, ubi & quis fueris ac unde  
hoc Nomen?

† Fauni prociaci-  
tas atque su-  
perbia.

Lama idem  
quod lacina,  
aquae collectio.  
Brüchicht, Wü-  
ste, Stollage.



Germaniæ veteris limites, Albis in Hermunduris oriens.

Bellum Germanicum notat.

\* al. &c.

\* al. Excoluisse.

\* al. Externo

\* al. insinuasce

Occupat atque nova positurus † mania genti  
Inclusit prudens mansuras advena sedes,  
Fluctivago Rheno, ripisque binominis Istri  
Baltica quaque petens finit Hermunduribus Albis  
Aequora, Carpathi quaque Insula vallibus ortus  
Vandalicas Codano properat miscere paludes.

Principio quam difficili primordia gentis  
Progressu crevere hæc in fastigia rerum,  
Illicque suis tandem Germania finibus aucta  
Limitibus vix nota suis se effuderit, & quam  
Tergemini afflatu pridem furcata Draconis  
\* Ex Tartessio aspirantibus æquore ventis  
Mole sua in tristem pene inclinata ruinam  
Conciderit, dixere alii, atque audacior olim  
Posteritas prolixius impavido ore loquetur.

Nunc age quis mihi majus opus gratique laboris  
Faciurus precium prisce de stirpe Thuisce  
Prognatas †† memoret gentes? & regna sub Arcto  
Diversis erecta plagis? penitusque brevique  
Momento eversa, atque omnem cum nomine gentem  
\* Excoluisse, ultroque suis regionibus actas  
Digressasque alio, sive has liquere volentes,  
Sive gravante domi turba, seu Martius ardor  
Impulerit patriæ splendentibus ignibus atros  
\* Ex ferro prorumpentes è culmine fumos  
Præferre, & dubias aliorum invadere sedes.  
Nempe Caledonius Germano sanguine Piætos  
Quis neget externis sese \* insensisse Britannis?  
Quis Piræneas nescit victoribus Alpes

Exci-

† MStæ: Nomina, melius umbrino & convenientium,  
†† Numeret in MStis.

Excitis gelido paruisse Aquilone Suevis  
Et nunc incolere? Hesperiam conjunctus Alano  
Cathus erat. Quis in quot Cimbrica Chersone-  
nessus

Effudit populos numero comprehenderit? & quas  
Deseruit, cepitque alias Gothus, & vagus oras  
Vandalus? Hercinia quos Bructerus accola sylva,  
Quoque Cherusci agros, quos & coluere Narisci  
Digressi cessere alii? Quid Tungri \* Ubrique \* al. Ubique +  
Vangiones? \* Non tu quoque montibus Odera iis- \* al. Nam  
dem

Exoreris quos \* Carpidi olim, Gepide, Valerique \* al. Carpi ††  
†† Accolere? haud dudum illi venientibus Hunnis  
Cesserunt, quibus & madidus sese advena Saxo  
Miscuit, atque metalliferis in rupibus hæsit.  
Hos quoque nunc Scythici terret vicinia Turca  
Inque diem convasantes terrore, fugaque  
Exanimat, nostris nec vero a finibus illum  
Longius aut tanto cessurum credite rerum  
Successu. Interea inducias, pacemque tributis  
Indecorem vendique & ementibus oblitit ora.  
Interea adverso carpens illabitur Istro,  
Et sua dissimulans sensim pomeria profert,  
Donec inescatos omnes simul obruat hostis.  
Ludicranos contra belli simulachra ciemus,  
Seria ceu desint, hostes aut longius absint,

C 3

Quos

† Sic omnia mea MStæ, & recte quidem, cui enim Hy-  
las non dictus, & quis Ubios cis-Rhenanos Castorum  
hostes nescit?

†† Bene, sic Versus poscit & res docet.

††† Excoluere MStum.

*Quos tuto sic ludendo contemnere possis,  
Aut pietis terrere queas juveniliter armis.*

*Quis vero Bojos Belgarum finibus aëtos*

*Proxima Sudetum & Lunæ nemora abdita credie*

*Inseuisse? sed antiquæ vestigia gentis,*

*Et vetus observat vicina Bohemia nomen*

*Bojorum tanquam dicas patriamque domumve.*

*Successere illis cœu casu aut sponte profectis,*

*Seu potiore manu pulsis super æthera quondam,*

*Nunc Hermunduri solo vix nomine noti.*

*Hoc quoque Marcomanus pluvium confinis ad Aus-  
strum*

*Submovit, sese illis, cœu in tura receptus,*

*Saltibus insinuat. Nec Amazonæ semina tanti*

*Dux regni, ut perhibent, verum Mavortius ille*

*†† Marbothus, qui forte puer nutritus in aula*

*Terrarum domina, satis reerabentibus, exul*

*In patriam retulit bellique togeque parata*

*Consilia, atque animos, tum qui cognosset avara*

*Conatus Roma & subigendi totius orbis*

*Obsignatum animum, Dii quam populique pa-  
trumque*

*Adplausu acceptus fama compleverit Arcton*

*Adven-*

† *Præstat igitur cum antiquioribus Bojemiam non Bo-  
hemiam scribere.*

†† *Celebre Nomen in Lobensteinii nostri Arminto  
(NB. opere utinam jam absoluto!) De ipso Tacitus  
in Annal. passim, cui Maroboduus dicitur.*

(NB. Exostulamur nunc utique egregium opus absolutum  
& Typis exscriptum; dolendum quod neuter, neque bea-  
tus Autor Lobensteinius neque Noster Editionem ejusdem  
vivendo attigerint. Editor.)

*Adventus, decorisque sui? quippe hunc fore, qui-  
ves*

*Erigat afflicta, patriis quique arceat hostem*

*Limitibus prope inbarentem, nec defuit ardens*

*Virtuti fortuna comes. Namque impiger olim*

*Quas exul fremitu ingenti conceperat iras*

*Exeruit, pressasque metu sub luce videndas*

*Protulit, haud aliter si qua præsepibus altis*

*Inclusus sonipes subiectis auribus astat,*

*Hinnitusque premit, sed mox ubi carcere gressus*

*Extulit, adsultat crebrum, \* vulnūque rotato*

*† Incumbit freno, perruptis donec habenis*

*Liberius pedibus caput †† abdit, humique su-  
pinum*

*Despectans equitem cursu irretinendus anbelo,*

*Seque fatigato per plana atque avia feritur.*

*Haud aliter noster rediens Marbothus ab urbe*

*Cæsaroque metu excusso, bella undique bella*

*Magnarumque animo spirans conamina rerum;*

*Sepe suos levibus populares preparat armis,*

*Et campis Martem exercens præludit apertis,*

*Nunc densare acies, lituoque reducere laxas,*

*Signa sequi, Ducibusque docet parere, gravemque*

*Militiam ferre, & veris assuescere pugnis.*

*Nimirum ††† hæc juvenem ardentem noblesque  
diesque*

*Exercient cura, huc dudum vocat amula virtus*

*C 4*

*Romu-*

† *MStum Succumbit.*

†† *ibid. aptat.*

††† *Recte in MStis hæc, respicit enim ad τὸ Curæ in si-  
quenti versu.*

\* al. multoque  
rotatu.



Romulidum, & puero spectati saepe triumphi.  
 Inprimis urunt tracta ad capitolia gentis  
 Agmina Germana, quam mox ferus ense cruentam  
 Districto cupiat vindictam? ast conscius iram  
 Comprimi imbellem, invitusque in idonea differe  
 Bella \* minas, odio interea meditatur acerbo  
 Italiam quicquid contra pote. Tum subit ingens  
 Gloria, si qua recens Arctoo surgere caelo  
 Se duce fama queat regni, quam maxima Roma,  
 Et Caesar \* irepidet, quamvis aspiret eodem  
 Arminius voto, paribusque assurgat in armis.  
 Hac sedet, hac animis haret sententia, & uni huic  
 Constituit fortunam omnem atque impendere vi-  
 tam.

Ergo ea dum molitur, eunt quae proxima gentes  
 Accollere loca, & vicina tota Quadorum  
 Sub juga, sponte obeunt prada & dulcedine ro-  
 rum

Iussa novandarum, inprimis terrore, odioque  
 Nominis Augusti, prono quocunque vocaret  
 Perpulit assensu, patriaque ut denique spreta  
 Emigraturos traheret, quae proxima Boji  
 Deseruerunt juga Herciniis circumflua sylvis.  
 Hac etenim captis, regnisque accommodata sedes  
 Visa novi, unde loco tutus tam parva tueri  
 Quam facile in fines aliorum irrumpere possit.  
 Hincque adeo invisam veris terroribus urbem  
 Concutere, irata & sires olim ferat, armis  
 Arma lacestus manifesto opponere bello,  
 Viribus haud impar, tum quo sua fortius ille

Muni.

† Perperam.

†† Et hoc mai.

Muniret, plerosque ulro vel \* iniqua recepit  
 Foedera, quique recusassent parere, coëgit  
 Vique metuque instans secum ardua quaeque subire.  
 Dumque ea magnanimi †† volutans it fama per  
 Arcton

Exulis, & rumor longe lateque recentis  
 Glisceret imperii, & populos, gentesque propinquas  
 Undique contraheret, nostris qui pascua lucis  
 Quasitum adveniens pecori magalia pastor  
 Fixerat, atque tuis qui in littoribus desertis  
 Oderat piscator peregrino retia lino  
 Texta lavie, Ducis, accurrens, nova regna secuta  
 Addit haud parvum tanta ad molimina robur.

Ex illo post emersum fatabilis ††† orbem  
 Fluctibus, huc primum Ligios, Buriosque, Lutosque  
 Sidones, & Cognos, aliosque è gente Quadorum  
 Confluere, & nemora & sylvas \* lucare frequentes  
 Et putre vepretis dumisque horrentibus arvum  
 Vidimus excolere, & vastas proscindere lamas,  
 Parcaque procifis primis sua credere sulcis  
 Semina, vix alio segetem paritura novali.  
 Tum passim quo quemque animus, fortuna solig,  
 Commoditas invitat, seu gravior amnis,  
 Decurrensque alio diffusam monie \* rigarat  
 Planiciem fluviis, vasto liberrima campo  
 Bellator positis erro tentoria plausiris  
 Composuit, tugurique egestum cespitem culmen  
 Erigere, atque casis hirtam pretendere sepem  
 Mox bella, hostilisque metus circumdare vallo

C S

Oppida

† Merito, nec aliter enim sensus sanus foret.

†† MSta. volitare.

††† Forte fatalibus.

Incolz Silesie  
 sese Marbotho  
 adjungunt.

Silesie primi  
 populi.

\* al. habitare.

Silesia tempori-  
 bus Marbothi  
 sub Augusto pri-  
 mos accepit in-  
 colas.

\* al. rigaret.

Marbothus cum  
 Marcomannis in  
 Bohemia figit  
 sedem. Strabo  
 in principio 7.  
 libri.



Oppida, & æreis imponere montibus arces  
 Erudit, pluteis tum primum & cratibus alni  
 Plurimag, exiccata palus operosa Budorgis  
 Fundamenta nova, incrementaque parva dede-  
 runt,

Quam tum tempus edax, aut belli tristia fata  
 Eruerint, reperisse tamen monumenta, notasq;  
 Antiqua perhibent urbis, qui mania Bresla  
 Parva renascentis meliori eduxit anaturo.

Dii quibus illa malis agitata, extrema ferendo  
 Semper in adversis est cluētata procellis.

Et quoties flammis eversa vomibus arsit  
 Funditus, Assyria ut volucris felicius orta est,  
 Accepitque novum reparata atque aucta nitorem,  
 Externis infraeta odiis, malefida suorum

Consilia & fraudes tulit inconcussa, nec illam  
 Ulla Inimicorum rabies, non subdolis hostis  
 Opprimere arte domi inventa, aut ex urbe petitis  
 Fulgetris potuit. Summa postremus opum vi

Vindicta furis ardens evertere Faunus  
 Florentem studuit, tantum implacabilis ira  
 Et meriti fontem custodia carceris ussit.

At tibi, si qua Deos scelerum indignatio tangit,  
 Dii scelerum ultiores reddant qua Faune mereris,

Teque

(† Condonabit benevolus Lector, quod mutata hic iterum  
 sint pauca verba, quæ licentius in vicina Insula S. Jo-  
 hannis Possessores luserat indulgens sibi Poeta. Odi  
 enim convicia & arceo procul quæ irritari possunt non  
 mutare. Editor.)

†† MSta duo. Albirubro Capite misere & impie tra-  
 ctata atque subdole prodita.

Teque tui inventi ob meritum merito oderit omnis  
 Slesia, devoveatque tuum, quicumque viator

\* Huc venit, nomen diris, & iusta precesur  
 Quoslibet ad numeros, nova dum portoria pender,  
 Excussus scelerati huius quoq; sanguinis hæres  
 Monstretur digitis, gemat, erubeatque notatus.  
 Acceptas uni Viadus ferat, Odem & Oli  
 Truncatas Fauno salices, Fauno obsita musco  
 Compita, desertumque forum, tacitasque platcas  
 Imputet, & memorem in rivis pia Bresla quere-  
 lam

Inscribat: Ferus ista dedit vassa omnia Faunus.  
 At si nunc alta pinus, quercusque silescunt  
 Procera, mox, ne dubita, parvaque mirica  
 Et salices humiles, fruticesque rubique sonabunt  
 Aeruscatores Faunum, infamemq; Telonam.

Sed redeo ad veteres, quos diximus hæc sola  
 primum

Tentasse, ac primis domuisse ligonibus arva,  
 Quosq; aliunde petita rudi cerealia terre  
 Semina vix ductis ausis committere liris  
 Vidimus, hæc rursus male culta relinquere. Quippe  
 Res angusta domi, durisque in rebus egestas  
 Permovit facile, abjectis ut falcibus, ensis  
 Mutarent, iterumque ad desita bella redirent,  
 Quicumque eventu: sic acta ferocius uris  
 Latruncium morsu, silvis sese abdidit altis,  
 Fessaq; deliruit, sed cum jejunia longa  
 Pertulit, erumpit quovis sicura periculo  
 An cadat, aut casses perumpat, liansque mali-  
 gniam

Exple-

\* al. Hac ierit.

Aeruscare frau-  
 de est pecuniam  
 colligere. Plau-  
 tinum. Aeru-  
 scator qui qua-  
 vis arte pecuni-  
 am colligit, Si-  
 nister.

Budorgis, quæ  
 VVratislavia  
 creditur, pri-  
 mum edificari  
 cepit.

Ab ingratis ci-  
 vibus, a Valerio  
 Scipione Schel-  
 len-Schmidt,  
 Notario ebrio  
 & facundo & ††  
 Albinibro Capi-  
 teo nefarie tra-  
 ctata & prodita.  
 Faunus perpe-  
 tuus VVratisla-  
 viens. hostis ex  
 professo. Kries  
 brich Rieh der  
 Wiskdum, quasi a  
 fando. War ein  
 Edelmann, Fam  
 vom Dorffe ber-  
 ein, wolte alle  
 Städte vertil-  
 gen, ein Wolde-  
 Wische, democh  
 solte man ihn  
 umbeten.



Explcat esuriem, unius non sanguine prada  
Sistitur ingluvies, donec saturata quiescat,  
Aut rictu immoricens impacta veruta cruentet.  
Effera sic bellis raptosq; assveta juvenus  
Agrorum abjecto cultu per & aqua, & iniqua  
Circumquaque ruit, longeque excurrit: & amens  
Obvia quaq; petit, nostros sensere Liburni  
Illyricique Quados, sensitq; Oenotria tellus  
Qua se peninas vallis porrecta per Alpes,  
Marcomana extendit retinens memorabile nomen.  
Quid Rhetos dicam, Dravumque Savumque peti-  
tum

Cladibus, atque isthinc ferri undique agiquera-  
pinas

Externumq; errare pecus sub montibus istis?  
Indolui, & vidi, & vidisti has Vulturi pradas  
Insuper Helvetia vastis in saltibus ausos  
Non duraturas armatos figere sedes  
Fama fuit. Quid? non ipsam formidine Ro-  
mam

Ingenti implerunt, solis ut Caesar ab urbe  
Ritibus averci externis potuisse putari  
Lustrata extremas clades supremaque fata.  
Atque ea diversis Quadiis ut regionibus arma,  
Circumfert, orbemque injusto Marte fatigat,  
Sistite, ait, Nemesis vindex ea Diva superbos  
Compressis hominum fastus remonatur habenis,  
Sistite, ait, dudumque artes † memorata nocendi,  
Infremuit simul, & lava Rhannusia frenos  
Concussit, ceu quadrupedem domitura rebellem

Armi-

Meditata MSa mea.

Arminium digressa petens cum forte ferocem  
Atque recensentem spolia ampla & funera Vari,  
Marobthum inde parem fortuna, opibusque, no-  
visque

Fidentem adgreditur regnis, utrumq; juventa  
Commotu facilem, spectantesq; insuper arma  
Quoslibet ad motus, seu forte domesticus obset  
Imperii, sive externus procul ingruat hostis,  
Unde pares animis, tum quos pridem amula virtus  
Infelix odium stimulis armarat acerbis,  
Commissos facile implicuit civilibus armis.

Ergo in pugnam itur summo discrimine gentis

\* Exilioque utriusque Ducis: namque ille Ra-  
venna

Exilio sensit, longoque inglorius ævo  
Polluit obscuro praeclarum funere nomen:  
Iste propinquorum insidiis & fraude Quiritum  
Inter magnarum cecidit molimina rerum.  
Fortunati ambo, sive acria bella gerenda  
Consilio, sortique manu, sive inter agrestes  
Constituenda equi ratio, legesq; tuenda.  
Fortunati ambo, si tam Germania vates  
Prisca bonos tulerit, quam fortiter arma viros-  
que

Traharit studioque pari memoranda putavit  
Et facere, & benefacta obliviscentibus annis  
Scribendo asserere, & siclis sacrare futuris.

Ergo suos postquam infelix Germania Reges

Utra

† Optime & verissime, Nunquam certe Arminius, quod  
sciam, in exilium actus; atqui exitium inde ipsi acce-  
bratum nemo ignorat

Arminius Che-  
ruscorum Rex.  
Quintilii Vari  
Clades.  
Cornel. Tacit.  
Annal. 2.  
Dum ea æstas  
Germanico plu-  
res per Provin-  
cias transigitur.  
haud leve decus  
Drusus quasi-  
vit, illicens Ger-  
manos ad discor-  
dias, utq; fracto  
Marbotho usque  
ad exitium infi-  
steretur. Ille  
enim Drusus ef-  
fecit ut Marbo-  
tho regno deji-  
ceretur, & Armi-  
nius a suis scele-  
rate trucidaretur.  
\* al. Exitioq; †  
Marbotho Ra-  
venna in exilio  
moritur inglorius  
Arminius a suis  
scelerate inter-  
fectus.

Rapoldus; De  
Quadorum Re-  
gibus nihil quic-  
quam audivimus  
præter id quod  
Autore Catual



da refertur, qui  
ait ab eo Populo  
qui Marbodum  
Mareomannorum  
Regem secuti  
fuerunt &c.  
Vannium fuisse  
electum, de ge-  
nere Quadorum.

Carnuntum, ut  
ait Rappoldus.  
Oppidum fuit  
non procul a Bu-  
da. Vide Luzin  
Antiquit. Aus-  
trop. Marcelli-  
num l. 30. &  
alios.

Ex profundo  
Berilix Bilibald.  
Perkeymerus,  
ex Scythia scilicet  
progressus  
ait Slavanos.

\* al. jam mitior.

*Atque, subvertit, similes habuere Nepotes  
Successus rerum. Nec enim Carnialda, Quadusq;  
Tannius Italicas cavat solertius artes,  
Barbara nimirum & venalis prodiga vita  
Simplicitas turpi vilem mercede cruorem  
Cauponatur & adversis stultissima castris  
Armatum suos, contra se militat, hostes,  
Sic robur gentis fractum, primoque, sub ortu  
Marbothi regnum Romano concidit astu.  
Deinde triennali, tam magno evertere crescens  
Constituit imperium, Carventum nobile bello  
Reliquias hausit, melior vel casa juvenus,  
Victoris vel capta jugum, & fera iussa secuta est:  
Suprema hac clades vacuos cultoribus agros  
Reddidit, evertitq; urbes, ut postea nulli  
Decidua, aut rari instaurarint oppida cives.*

*Talibus haud saturata malis effuderat omnes  
Diva odii furias; sed gentem excindere totam  
Fert animus, nec flammam nisi pectoris aestus  
Expleat, insano certum est absistere cauto.*

*Vasta Borysthenidas inter Thanaisque fluentia  
Rypheas ultraque nives, & Hyperboreum Rha  
Terna jacet Scythicum longe curvata sub axem,  
Qua maria & spacia excurrrens latissima Taurus  
Terrarum tractu ingenti mutavit Imao*

*Nomina, & Euxini dorso \* non mitior undas  
Prospicit, indigena immensos ubi Sarmata campos  
Europaeque Asiaeque colit, quos Moschus, & acer  
Roxanes, Russique habitarunt: nomine solo  
Diverse, an fuerint cognatae sanguine gentes,  
Ambiguum, siquidem ut caelo seposita remoto*

Gens

*Gens ignota aliis, sic hi tantum sua norant  
Frigora, clara domi tamen & praeslantibus armis  
Addere iustitiam, & rectum dignoscere curvo  
Natura didicere rudi, assiduoque juvenus  
Venatu durata, quibus vel cominus ursos  
Ludus, & arreptis immanes cornibus uros  
Audaci domuisse manu, & constringere loro.*

*Hos Dea tum resides altaeque in pace quietos  
Excitat, illapsisq; animis abolere penates  
Incipit, obiectans Scythia illecebile frigus.  
Et caeli & terra inspirat melioris amorem;  
Unde† repens emigrandi natalibus ardet  
Montibus, atq; animi ignotas inquirere sedes.  
Ergo ruunt, quo fata vocant, nec inhospita quem-*  
quam

*Obiectu freta, nec diverso in litore gentes  
Ultero occursura, positus in limite miles  
Terruit audentes, rotis quin agmine facto  
Conferunt exciti rebusq; animisq; feruntur  
Vig, armisq; eluctati, qua maximus Ister  
Incinctam bifido divisus gurgite Peucen  
Inluit Euxinum, septemq; per hostia dulces  
Mutaturus aquas salsa se proluit unda.  
Pars Thracum scopulosa juga, & quos Mysus uter-*  
que,

*Aut veteres olim sedes habuere Triballi,  
Occupat, atque illis nostra hac aetate superstes  
Dalmatia Scythicus montosa Sarmata terris  
Haeret, & aeternum nomenq; genusque propagat.  
Diffusi qua fors cuiquam, quaq; arbuter ensis*

Obtu-

† Recens Asia.



Obtulit ejus placitos cultoribus agros  
 Aut populi ignoti † invisus terrorq; parvord;  
 Desertas profugus liquisset civibus urbes.  
 \* al. ablato. † Cumque tot \* allato ferrent ex hoste triumphos  
 Haud expectatos, nec fors inopina petito  
 Falleret eventum, positura ignobile nomen  
 Mutavere novo, & sacris praestantibus aptant  
 Slavorum, belli quod scilicet inclita virtus  
 Nominis hac decora, & titulos mereatur honoris,  
 Quamquam alii patrio dictos sermone loquaces  
 Verbofosque putent: sed \* qui, quo nomine quis-  
 quam

Dicatur, refert? humiles esse penates  
 Virtute, & sacris praeclarum accendere famam  
 Hoc opus Heroum est, fortunatique laboris.  
 Hac etenim, nemo invidcat, gens barbara caelo  
 Egressa obscuro, magnum super aethera nomen  
 Extulit, & triplicis late confinia mundi  
 Implevit, passimq; sui monumenta reliquit  
 Egregias urbes, generisque insignia sacra.  
 Finitimos tandem, quos frigidus Isthmus campos  
 Transtrahit prior, atque \* alio quos Vandalus  
 ante

Adveniens vix dum primum confervit agros  
 Armata cepere manu, tantoque superbi

Successu

† Incussus Mstum.

†† Mei Codices: oblato.

††† Sive Slavic ut Msta habent. Die Slavaken, qua  
 Vox hodie in conventum fere inter nostros abiit: Bist  
 du doch s'nger als ein Slavake!

††† Merito.

Successum, posuere iterum nova nomina \* gentis, \* al. genti;  
 Nempe a campestri sese voluere Polonos  
 Planities dici, apricis quod libera campis  
 Gaudcat, includique putent † munimine  
 \* vallis

Turpe viros, ne si qua animosa licentia peccet  
 Cogatur juri parere coercita muris.  
 Illius ergo omnes odio execrantur amaro,  
 Eversasque velint munitas manibus urbes.  
 Hinc rara a pristino videas fundata Polono  
 Oppida, †† nec struēdas altis in montibus  
 arces:

Sparsa sed agresti vix ligno haerentia tecta  
 Primores habitare equites, stabulare sub uno  
 Paupere cum verna dominum, pecudesque ho-  
 minesque,

Atq; indiscreto porcos grunnire cubili.  
 Sive hunc à Scythicis ducat gens aspera morem  
 Ritibus, ut molles contemnat mascula plumas,  
 Et sola forti sperent defendere dextra,  
 Quod gladio peperere solum, nec turribus ullis  
 Fidere, non recte ††† includi Mavortia muro  
 Corpora, magna illud dignum virtute \* La- \* al. Leonum.  
 conum.

Sit sane: rupes atque Tarpeja Quirites  
 Sustinuit, magno & Senonum frangenda Ca-  
 millo

Arma dedit, tantum exiguis munimine collis

D

Ter

† Mstum substituit: ceu carcere.

†† al. & erectis structas in collibus.

††† Concludere fortia, legunt Msta.

Aen. Syl. c. 5.  
 Planities Slavo-  
 nica lingua Polo  
 nominatur.  
 \* al. Valli.

Terrarum populo domituro profuit orbem :  
 Imbelles esto generosa Polonia muros  
 Oderit, & conferta omnes feliciter hostes  
 Concidat dextra, sint hæc age pulchra, virisq;  
 Fortibus imprimis digna : at quis sanus in ista  
 Gente probeat clara, & Christi jam sanguine  
 lota

Polonorum de  
 homicidiis im-  
 pia leges.

Tristibus, infandum, humano rorantia tabe  
 Proposita in tabulis tam barbara & impia legum  
 Decreta, ut fumos quicunque professus equestres  
 Ausit vel civem, agricolamve nefarius ense  
 Transfodere, immisso vel equo obvia quæque  
 feroci

Proterere, & furere in quosvis, nec parcere  
 cuiquam,  
 Quantumvis noxam ob nullam, sive impetus  
 illum

Nobilitate furens, sive hunc assueta cruorem  
 Hauserit ebrietas, Veneris seu dira libido  
 Legitima castum nupta † eruptura pudorem  
 Coniuge presente, aut natam spectante parente  
 Stupret adulterio, vitam patrique viroque  
 Insuper eripiat, perrupta cubilia ferro,  
 Vim, scelus effraetasque fores, cademque pacisci  
 †† Aere levi, aut brevibus Gyaris dependere cul-  
 pam,

Post ausum ridere nefas, impune posito

Gaude-

† Melius Mss. creptura.

†† Zehn Polnische Gulden, wenn es ein Unter-  
 than gewesen. Doch die Purschen lauffen  
 auch manchmahl weiblich an, wie vor Jahren

Gaudere, & lasis exerta illudere lingua.  
 Nostrates eadem Lapithas prurigo fatigat,  
 Posthabito ut liceat Divumque hominumque  
 timore

Prohibitu in quosvis truculentas edere cades.  
 Quin his jam pridem sædissima Centaurorum  
 Ritibus illuvies nostras femilibus oras  
 Imbuerint, duroque adamante, atque ære pe-  
 renni

Vulgata extarent leges, reverentia Regum  
 Ni vetet Austriadum, & repressa audacia ferro  
 Grassantes sistat furias; hanc scilicet olim  
 Impietas, & seva inter cunabula nutrix  
 Cantando immulsit rabiem, contemptum, odi-  
 umque,

Urbana turba, sed habet bene, plurima legum  
 Divorumque timor vitiat semina lætis  
 Deterfit prompte, ut sobolis discrimen & ortus  
 Alterutra noris, distorto ubi corpore mores  
 Videris agrestes, vultusq; horrore minaces,  
 In cadesq; manus avidas, hunc læte serino  
 Nutritum, & Scythico prognatum sanguine cre-  
 dat.

Ergo ubi Marcomanum, veterumque accisa  
 Quodorum

Res ruere in pejus, melior vel casa juvenus  
 Aut abducta procul, vastiq; maneret in agris  
 Deserti cultor ruris, desertaque rari

D 2

Mant-

etliche mahl in Dangsig, und auch kürzlich  
 in Breslau einem Woywoden, begegnet.



*Mœnibus incolerent pendentibus oppida cives :  
Eheu quam nullo facile irrupentibus isthac  
Obsistente, omnis late cum cernitis ora  
Slavanis oppressi gemens invitaque cessit :  
Scimus & infensus quam te Viade, Odera &  
Ola*

\* al. Thera.

*Non intelletto primum sermone Polonus  
Terruerit ? Moravus quam \* Theja fremen-  
tibus undis*

*Dedidit veteres mores, germanaq; jura  
Et linguam sua Bojemus, nec latior Albis  
Flumina Riphæis tribuit potanda Sorabis.*

*Hic iterum cultus alii, nova regna, novaque  
Discenda leges, lingua mutandus & oris  
Vivendique habitus. Quin ni pia cura Deo-  
rum*

*Obstiterit, tota hæc vocitata Polonia tellus  
Vertetur & linguam, & ritus, & nunc quoque  
plaustris*

*Sarmata transferret campis tectumque larem-  
que*

\* al. Et

*Nullum \* aut cingenda muris aut legibus urbis  
Ornanda studium mentes subiisset agrestes,  
Nullaque Marcomanum, aut veterum monu-  
menta Quadorum*

\* al. cæde

*Viderit hæc ætas patria dulcedine capta,  
Ni reduces aliquot bellique e\* clade receptas  
Reliquias, evasatis servarit in agris.  
Nil ea spes aut expectatio vana fefellit.  
Mox etenim dure duris industria rebus  
Emersit gentis, nec tam virtute paternas*

Hosti.

*Hostibus in mediis sedes, sed & utilis aula  
Consiliisq; potens famam invitumque favorem  
Magnatum obtinuit, primasque in rebus agendis  
Primaque dicundi emeruit subsellia juris.  
Connubiis tandem, & longa propagine misli  
In populum gens una animis coalevimus unum,  
Ut vix alterius generis discrimina noris.  
Ulcunq; observes, longe confusus ipsum  
Pluribus immiscens se nostræ convena turba  
Reddidit antiquæ gentis nomenque genusq;  
Ut non tam populi prompte internoscere prisci  
Stemmata, quam possis nomen regionis avitum  
Dicere. Postremum, quod plurima turba fre-  
quensque*

*Undique certatim confluerit advena, pro re,  
Slesia nostra novum tenet hæc in secula nomen.  
\* Slesiam vero hæc horrentia sentibus arva  
Nempe mala à gleba quidam dixisse feruntur :  
Haud fors immerito, nec enim tam patria cha-  
ra est,*

Silesiæ nomen  
unde ? †

\* al. Slesiam.

*Ut manifesta negem, nec vos nescire putandum  
Qui semper mecum has terras cælumq; tenetis  
Indigenæ, tale hoc cælum terrasque fuisse  
Ut Quadus, inque Deos gelida gens si qua sub  
Arcto*

*Impia Centimano conjunxit arma Tipheo  
Incolat has steriles, & arator verset barbas,*

D 3

Par.

† Relinquenda hæc prolixiori acquisitioni Clmi  
Hankii nostrati, in Comment. de Silesiorum  
Nominibus, cui multam industriam impensurus  
est, ut promissit.

Parcaque sudando fabulo hoc alimenta colonum

\* al. cultura

Quenat, & infelix \* cultura exerceat arvum.

\* al. rigensque

Pauci etenim fluxere anni, quum dura \* rigensque

Slesia squalleret, nullas produceret uvas,

Es tennes meteres cultor delusus aristas,

Sapius atque avidum infelix tritum colonum

Falleret, externos nec dum pomaria succos

Induerant, vix maturus vernacula fructus

\* al. serundis

Exacto Autumno mensis sua mala \* secundis

Robora prabuerant: sic & silvestria pruna

Testinata gelu, & crepitanti praeoqua terra

Condimenta dabant, prisciſque obſonia mensis.

Nunc aliud caelum, verna jam mitior aura

Temperies, ſive id cedat vententibus annis,

Seu rapidi, ut perbibent, poſt multi volumina caeli

Vertatur rerum facies; ſive impiger uſu

Mortales acuat labor, & ſolertia vincat

Naturam eluctans, terramque emendet inertem.

Jamque adeo noſtris externis montibus Evan

Luxuriat: tollitque alio peregrina racemis

Cornua traductis ſcrobibusque educit alumnam

\* al. Diffuſis

\* Diffuſis ſobolem: Cereris vix munera meſſor

Face premit gravis, & dives tritum colonos

Exhilarat, pecori tellus uberrima paſcum

† Divite latritio praeſtat, tinctoribus hortis

\* al. Sufficiunt

\* Subjiciunt patrii †† Rubeam, nuperque re-  
pertum

Colli-

† Diti Canicio, Mſum.

†† Dieſe bey uns ſo häufig hervortwachſende &c.

Collibus in noſtris opera hinc ſpiſſatur alumen.

Vestra nec illaudata velim ſapidiſſima nantium

Agmina gratuito, permiſſa prioribus annis

Libera piſcatu, jam quaque inſraque ſupraque

Vel tennes rivos, aut flumina juſta perennes

Voluitis haud interdicto communibus hamis

Gurgite ſquamigerum vulgo genus omne dediſtiſ

Expoſitum praeda, nec cuiquam copia fraudi

Captura uberior fuit uſurpatæ, ſed inter

Libertas ſcit illa ſuas non invida leges:

Atque ſtatas habuit metas, tempusque diesque.

Nil minus hæc inopi conceſſa licentia plebi

Fovit inexhausſi creſcentia ſemina ſectus

Vulgaremque auxilii Domini benedictio prædant.

Durius ocluſos, vetitosque ſeverius amnes

Deſtituunt velut execrata piacula piſces.

Paxte alia læti ſpectamus ut advena ponte

Piſcicii varium adverſo genus amne quotannis

Adnate, aſſueſ. atque tuis cincti Odera ripis.

Imprimis quando glacies reſoluta propinquo

Vere aperit latebras, & frigore liquitur acri,

Egreſſus Salmonem Eſox vada noſtra ſubintrat

Præpingueſque Amia, caudaque Silurus opima:

Invidioſa ſerunt primatum obſonia mensis.

\* Adde quod inſitio noſtris tranſuderit hortis \* al. adde.

Delicias nemorum Alcinoi, didiciſque pruinas

D 4

Et

the. iſt nebst der Keimwand ein rechter Schatz  
unſers Landes, nächſt hat ein guter Freund  
Hr. M. B. auch eine reue blane Jarbe erfin-  
den wollen, weiß nicht, ob er weit damit  
kommen.



\* al. limones ut  
auræ.

Et nostras perferre hyemes, \* Zimones inaura  
Et desint olea, gravidis ut odora Volonis  
Citra, Slesiaci nec certent rura Falernis  
Massica, nec Cibus vernacia vina corimbis.  
At fraudes Itale, mensisq; frequentibus absunt  
Haustra aconita, nec audaces centusse \* licenti  
Exiguo cedes, nec emta & vendita prostat  
Flagitiosa impune Cypris, nisi Martia si quos  
Roma Gomorrhæa imbutos contago remisit,  
Polluat aut labe patris exotica mores.

\* al. Panhornq

\* Calviscas.

Ne mihi, ne vero quisquam, dum mascula Crofna  
Vulgarem aut Neomerga sitim vel Gubia sedent  
Regali nostras ausis mutare \* Panborno  
\* Labruscas simul & sceleratam inducere Romam  
Hæc eadem argenti venas, ferrique canales  
Producit tellus, locuplesque in montibus aurum  
Eruiitur penitus, seu viscera in abdita terra  
Descendat fossor, sive in convalle reducta  
Arguto teretes scrutetur in amne lapillos.  
Effossas testantur opes tumuli undiq; sylvis  
Projecta extantes scoria, excretique metalli  
Recrementa supernascens que primus obumbrat  
Annosa & viridi muscus circumtegit herba.  
Hic quoq; sulfureis opera ad fabrilis carbo  
Effoditur scrobibus, dum sese in nocte profunda  
† Prodidit erumpens, trepidis pastoribus, ignis.

Steintel.

De Magnete ut  
strate.

Quin hæc Cyaneo celos imitata colore  
Et simul ostentat Boream quam forte gerebat  
Auro apte inclusam nostræ haud procul eruta sof-  
Trinacria venit, fluit Isara Jaspide multa, (sis  
Isara

† Proditur Misa duo.

Isara qui nostris, quanquam sit montibus oreus  
Gemmiferum tamen aversus prædatur barenam  
Bojemum limphis ditat furacibus Albim.

Strigoni.

Confer & egregiis munitas turribus urbes  
Paucorumque opera annorum tot condita passim  
Oppida, & impositas præruptis collibus arces:  
Totque adeo clavis, quantumvis barbara tellus  
Civibus excultas, quibus admirata stupensque  
Indoluit sese & dicendo \* carmine vinci  
Italia, & quanquam inuideat, confessa negarit,  
Testis honorate facundi opulentia linguae  
Sauroromani, proceres Romæ quem sæpe loquen-

\* al. & Carmine.

tem  
Obstupere, atq; indigenam optavere Quiritem  
Nil minor heroo numerosus Velius aures  
Perculit Ausonias versu, sive acer Jambos  
Seu lyricis mordax epigrammatu misceat odis.  
Fallor? an hunc longe Ursinus gravioribus alter  
Anteat, incumbens studiis; sine crescat, iterque  
Continuet ceptum, jungatque Hebræa Latinis  
Et Grajas indefessus feliciter artes,  
Nil patria ejecto stolidissime livor & amens  
Obsueris, stygio quantumvis rumpere viro. †  
Quid nive candidiorem animam, Nigrumque,

Georgius Sauro-  
mannus VVra-  
tislavienfis J. V.  
D. Caroli V. ap-  
ud Pontificem  
in Urbe Procura-  
tor. Vide Elog.  
Jovii.

Caspar Ursinus Ve-  
lins Svidnicenf.  
J. U. D. Poëta &  
Orator celebris.  
Regis Ferdinandi  
liberorum præ-  
ceptor & histo-  
ricus. Vide Ca-  
talogum Reſto-  
rum Viennensium.  
Zacharias Ursinus  
VVratislav. pa-  
tria pulsus.  
D. Antonius Me-  
las VVratislav.

piosque  
Moybanos, Hefſosque loquor, Medicumque Cra-  
tonem?

D S

Corvi-

† In Viro prior Syllaba brevis: arma Virumque Ca-  
nam. Virgilius. Melius, itaque Mſum:  
- - - stygio quanquam vis rumpere viro.  
Vel nive candidiorem animam &c.  
ubi virus venenum notat.

Corvi-  
d'explatpoc  
Brunſvic, qui A.  
1554. edidit  
v'g'latpoc

*M. Laurentius* Corvinum Neomerga, humiles genere Patesca  
*Corvinus, Novo-* Wernerum utrumque insignem, sed praestitit alter  
*forens. Notarius* Pleetro elegisque potens, operam ille in tempo-  
*& prius Auctor* re duro  
*evangelicae do-*  
*ctrinae VVra-*  
*tislaviae.*

*Georgius Werne-* Hungariae fidam rebus navavit agendis,  
*rus praefectus in* Nec minus ingenio, calamo, linguaq; disertus.  
*Soros, cuius ex-* Et tu Sylvane in clavis numerè poëtis

*stat liber: Demi-* Italicis inopem ni te Pemia Proscuchis  
*rabilibus Ungaria* Merferit argutamque chelim, atque hebetavit  
*fontibus.*

*Georgius Sylvani* Jambos.  
*Strelens. Romæ* Te quoque qui taceam, quem Theja è ponte ca-  
*in Xenodochio* dentem  
*obiit in summa*  
*egestate.*

Sublimi, excepit tantantem † Inama supremum  
 Audiit, extinctique dolens egit ossa sepulchro.  
 Et longum est memorare alios, quos dexter A-  
 pollo

Exemptos vulgo Cirrheo in vertice sistet,  
 Quosq; super cilio Latii oppositumque superbo  
 Slesias ingenio erectos super aspera videbis.

Tu vero quid dudum oculis Nisse ò bone niētas  
 Helvigii admonitūre tui, ceu nulla renata  
 Gloria sit patrie? frustra sylvaq; lacusq;  
 Camporumq; suis obiti, dimensaq; certis  
 Oppida quaq; locis? nostri quia regio montis  
 Perpetuis est vulgata gratissima, non sic?  
 Quin hunc utilium patere ut solertia rerum  
 Impensumque scholis studium, & labor evchat  
 ardens

Subnixumq; suis inter praclara virorum  
 Nomina in aeternum fame decus evchat alis.  
 Quid

† al. Summa.

Quid si Dia mibi, quos divite Leucoris herba  
 Paupere quosque alios censu regionibus istis  
 Spes fovet, ad frugem sic ò sic pergat adultam  
 Educet optatam? praecox nec opinio messem

† Suffocet? toti eximiis certabimus orbi  
 Artibus & lingvis. Et si bona fata nefandum  
 Sustulerint Faunum, voti rea Slesia, laetam  
 Sublato Pitbone canet Paana, gravidq;

\* al. falso.

\* Falce levata, iterum respiratura quiescet.

Talibus atq; aliis, dum sic per longa Sabothus  
 Immemores variis traheret sermonibus horæ,  
 Falleret & ceptas per grata obliviae curas,  
 Ecce repens subitis Bellona tumultibus Arcton  
 Accendit, jam fama volat fera classica Moscibi  
 Progressa & Thanaim supra terrere Polonos:  
 Unde metu dilapsi † amnes, trepidusque Sa-  
 bothus

In sua se reddit penetratia, sola relicta  
 Slesias ar. mnis, Faunaq; agitanda superbo,  
 Inter spemq; metumque Deos meliora precatur.

Explicit opus IX. Annorum.

† Suffocare a faucibus deris. Obidius:

Suffocens animam dira venena tuam.

† Misa. omnes.



FLVMINA SILESIAE,  
Quorum in hoc Poëmate mentio fit.

*Odera* die Oder

*Viadus Wenda* ab Wartenberg, Mamslaw, Bernstat, Olß, Hundsfeld, & Wenda, inter Wratislaviam & Nymka influit Oderam.

*Ola Olaw* oritur ad Munsterbergam, præterit Heinrichaw, Wausen, Klein-Olße &c. Wratislaviæ Oderam influit.

*Nissus Nemyß.*

*Bilus Biele* ad Nissam, de quo Faber. Est & alius ad Glaciam.

*Stobra, Etobra*, oritur ad Smogram primam Silesiorum scholam. Labitur à Konigstad per Querceta ad Kechendorff & mox ad Bregam miscetur Oderæ.

*Brincius Brynnitz* } influunt utrinque Oderam  
*Blotnifus Blottniza* } ram ad Schurgast.

*Guttalli* veteres mentionem faciunt, nunc quis sit nescitur, Munsterus Oderam putat.

*Oppa Oypa* alluit Carnovium Jegerdorff, & Oppaviam Droppaw, ubi ei miscetur *Marus Mora*.

*Cattbus Kakhbach* alluit Goldbergam & Legnesium. †

*Zacus Zack* inter Cervimontem & Warmhorn fluit.

*Quis-*

† Sive Lignicium, Clav. Hegetmatiam.

*Quissus Qwelß*, oritur ad Pacemontem † alluit Gretsffenstein, Gretsffenberg, Laubam, Naumburgum: ad Saganum influit Bobrum alterum.

*Sprotta Sprotte*, ad Sprottaviam Bobrum eundem influit.

*Cirrus* an is qui ad Saganum Bobrum cum Quisso influit? ††

*Vistricius*, an Wenßtritz ad Glaciam?

*Sigisda* quis?

*Vosicus* quis?

*Bober Telschinentis* cum Salinis ubi?

*Czirra* vel *Quirra*, an Cidruss bey Grotteberg, Waldeberg, Grenberg?

*Lomnicus* quis? †††

*Bober aliter* an apud Grissam?

---

† Friedeberg.

†† Potius ad Guram, ut supra in ipso Carmine vidimus.

††† Lomnitz in der Graffschafft Glas, gehört jetzt zu Böhmen.

NB. AMICE LECTOR, Omnia hæc explicata & multo studio exposita dabit Amicus noster *Silesius* de quo sub initium Libelli dictum.







To  
Co  
An  
San  
no  
St  
To  
k  
lu  
ur

S  
V  
  
S  
T  
I  
Ste

Br  
/e  
sic

Sal  
oru  
ne

E  
it.  
At  
na







